Ariſtotelis Libri de generatione ⁊ interitu: interprete Jo. Ge neſio Sepulueda Cor dubenſi: Artiũ et Theologie Doctore ⁊ Philoſopho celebri ⁊ eruditiſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IO. GENESII SEPVLVEDAE CORDVBENSIS ARTIVM ET THEOLOGIAE DOCTORIS AD ADRIANVM .VI. PONTIFICEM MAXIMVM IN CONVERSIONEM LIBRORVM ARISTOTELIS DE ORTV ET INTERITV. PRAEFATIO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRINCIPES, AC REGES PRAEMISSO
Munere ſalutare nō eſt humanū inuentū, ut quibuſ-
dam placere uideo, qui a conſuetudine Perſarum, inter
quos Regem ſine muneribus adire nefas erat, id ema-
naſſe putant, ſed diuinæ Legis inſtitutum. In qua cū
ſcriptum ſit, non apparebis uacuus ante dominum Deum tuū, ſatis
declaratur, pietatis munera a clientibus ſubditiſq; offerri fas eſſe, eadē
non debere eſſe principibus iniocunda, cum Deo immortali con-
ſtet eſſe pergrata. Nec refert, q̄ ſint illa pretioſa, modo alhtra uenera-
bundo animo donantis facultatibus conueniant. pietatis nanq; indi
cium, non diuitiarum argumentum illud eſſe debet. Hæc ergo cum
animo uoluiſſem, teq; ADRIANE Sexte PonT. MaX. adire, co-
rāq; uenerari ſtatuiſſem, ne ante Sūmum Dei Sacerdotem, et Chriſti
Vicarium parū obſequens diuino præcepto inanis aparerē, quod po
tui, uigilias meas tibi afferre conſtitui, quibus Ariſtotelis Libros de
Ortu et Interitu e Græco in Latinum ſermonem conuerti. Quod
munus ſi te nō modo maximo et pontifice et principe, ſed etiā ſingu
lari diuinarum, humanarūq; rerū ſcientia prædito, ut eſt, ita eſſe indi
gnum uidebitur, mihi tamen non debet eſſe fraudi, qui te quoquo-
modo poſſum colo. Nam, ut eſt apud Plinium, mola ſalſa litant qui
non habent thura. et ego tibi earum frugū, quas ex meis ſtudiis per-
cepi qualeſcunq; ſunt, primitias offero. maiora ſi habuiſſem dicatu-
rus. Hoc certe munuſculū huiuſmodi eſt, ut ne Iſocratem quidem
offenſurum fuiſſe uideat, qui eorū uerſutiam ferre non poterat, qui
uaſa aurea, argenteaq;, et cætera huiuſmodi, quibus ipſi magnopere
indigerent, principibus earū rerum ditiſſimis donabant. neq;. n. mu
nerationem illam, ſed callidam mercaturam eſſe aiebat. Cum pudeat
magno animo principes ſuam magnificentiam pauperū liberalitate

ſuperari, niſi cumulate illis gratiam referentes, ipſorum munera maioribus donis rependant. Vnde illud Emanuelis de Leone uiri hiſpanorū, qui fuere uel ſunt, magnitudine animi, magnificentiaq; nemini futuri ſecūdi, ſi ſciſſet tantas animi uires ullo freno temperare, urbana ſimul, et ſcita ſuæ parcitatis excuſatio. qui cum exhauſtis largitate opibus, pauperi munerato parū modo retuliſſet, Parce inquit amice. Eſt.n.tam effœtus ager, ut non plus ualeat reddere, q̄ ſeminis acceperit. At meum hoc facile a tali ſuſpicione uel eo uendicabitur, quod cum tuas opes in hoc quoq; genere maximas, quæ tibi a tua ſingulari diuinæ, atq; humanæ Philoſophiæ cognitione largiſſime ſuppetunt, nulla ex parte adauxerit, meas certe non extenuauerit, ſed reddiderit potius uberiores. Ea eſt.n.ſtudiorū fœcunditas, ut largius ſuppetat liberalius eroganti. Neq; uero noſtrum hunc laborem propter te ſuſceptum fuiſſe uideri uolo. quid.n.alienius, q̄ noctuas, ut aiunt, Athenas comportare? Sed propter philoſophantium nonnullum fortaſſe cōmodum ſuſceptum, ob id quoq; tuo nomini conſecrare fas eſſe duxi, quia cum ſit munus Sūmorum Pontificum maxime proprium litteris, litterarumq; ſtudioſis patrocinari, hoc tuarū partiū tanto magis eſſe uidetur, quanto cæteris tu doctior es. Quod ſi Nicolaus quintus Pont.Max.neq; poeta, neq; admodum eruditus merito indignabatur aliquos eſſe poetas in Vrbe, qui ſibi ignorarentur, ille uero ullos ibidem bonos eſſe negabat, nam cur ad ſe, qui et malis pateret, eos non uenire? Quāto iuſtius indignari tu poſſes, ullos eſſe in urbe tua philoſophos, qui aliquid in cōmune ſtudiorū utilitatem meditari, id in uulgus emitterent te inſcio, qui cū eximia doctrina ſingularibus uirtutibus cōiuncta ad faſtigium rerum diuino quodāmodo euectus fueris, Pontificatum non ob id tantum accepiſſe uideris, ut quod facis, eccleſiæ lapſæ ſubuenires, ſed etiā ut bonarum artium ſtudia iacentia excitares, nutantia ſtabilires, ſe erigere incipientia foueres, manūq; porrigeres. quanq̄ non hic eſt locus eximias tuas uirtutes, animiq; dotes prædicandi. quod munus iis ego delegabo. qui tua facta priuatim dicent, quiq; Caroli Cæſaris pace belloq; geſta commemorabunt. quæ ſatis conſtat non poſſe memoriæ prodi, ut ipſe nō magnā eius hiſtoriæ partem occupes. Non ſolum quod optima eademq; maxima illius regna tuæ fidei atq; prudētiæ cōmiſſa in turbulentiſſimis temporibus, anteq̄ ad Sūmum Sacerdotium

tium

ſitūm uocareris, tam ſtrenue moderatus es, ut Hiſpania te guberna/
tore ex ſæua quaſi tempeſtate qua fuerat atrociter diu iactata in co/
lumis in portum delata fuerit, ſed etiam quia ut Alexandri Macedo
nis uicia non abſq; inſigni Leonidæ præceptoris eius nota uitupe/
rantur, ſic Caroli Cæſaris eximiæ uirtutes non poterunt ſine magna
tua laude cõmemorari. Cui a Maximiliano Cæſare Principe ſapien/
tiſſimo, q te inter bonos optimũ, inter doctos doctiſſimũ iudicarat,
magiſter morũ et doctrinæ datus, talibus eum imbuiſti, formaſtiq;
moribus, ut nõ plus maiorũ claritate, ac hæreditario iure, quã ꝓpriis
uirtutibus tãto imperio dignus eſſe uideat᷑· Sic uidelicet deo morta/
libus ꝓſpiciẽte, ut ſanctiſſimus, ac integerrimus Pontifex, cũ optimo
et inuictiſſimo Imperatore aliquando res humanas cõcordi animo,
uelut bonus pater cũ pientiſſimo et ad ſuos mores formato filio mo
deraretur. Sume igitur Libellum a me nec paruo labore, nempe græ
cis expoſitoribus euolutis, nec mediocri cura conuerſum. quẽ ſi quã/
do libuerit cum aliorum interpretatione conferre intelliges fortaſſe
hunc laborem non temere a me fuiſſe ſuſceptum, non magis quam
opus de Inceſſu animalium, uel alios Vndecim Libros et ipſos ad na
turam pertinentes animalium interpretandi, quos a me ſuperiobus
diebus emiſſos, quia eiuſdem aucthoris opus ſunt, in eodẽ uolumine
comperies et libros Metereologicorum a me, et cõuerſos et iuſtis Cõ
mentariis enarratos, quæ magna ex parte e græcorũ fontibus hauri/
mus, ꝓpe diẽ expectato. Vale. Piſis Idibus Maiis An. M. D. xxiii.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET INTERITV LIBER PRIOR INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI. AD ADRIANVM SEXTVM PONTIFICEM MAXIMVM

GENERATIONIS, ET INTERitus omnium pariter, quæ natura gignuntur, et occiduntur, causæ differendæ sunt, atq; rationes. Accretio itẽ, et alteratio quid ſit, diſputandum eſt. Et utrum alterationis, et generationis natura eadem ſit intelligẽda, an diuerſa, ut nominibus quoq; diſcernuntur. Veteres ergo partim generationẽ ſimplicem appellatam, alterationẽ eſſe tradunt, partim eas differre. Nã qui uniuerſum, unũ eſſe dicunt, et ex uno cuncta gignũt, ii alterationẽ generationẽ eſſe, fateri cõuincunt, et quod proprie fit, alterari. Qui uero plura, q̃ unũ materiã eſſe ſtatuũt, ut Empedocles, et Anaxagoras et Leucippus, ii differre aiunt. Quãq̃ Anaxagoras propriã uocẽ ignorauit, q gigni, et interire hoc eſſe, quod alterari ſtatuit. cũ tamen elemẽta multa eſſe dicat, ut et alii. Nã Empedocles corporea quattuor, cuncta uero adiunctis motoribus, ſex numero eſſe affirmat. Anaxagoras innumera. Itẽ Leucippus et Democritus. Ille nãq; res ſimiliũ partiũ, elemẽta eſſe ſtatuit, ut os carnẽ medullã, et cætera, quorũ cuiuſq; pars æquoca eſt. Democritus et Leucippus ex indiuiduis corporibus cætera cõſtitui tradunt, et hæc infinita eſſe tũ multitudine, tũ etiã formis. Et compoſita differre inter ſe iis, ex quibus conſtãt eorundẽ poſitione et ordine. Cæterũ quæ tradit Anaxagoras, cũ Empedoclis dictis pugnare uidentur. Alter enim dicit ignem, aquam, aerem, terram quattuor eſſe elementa, eademq; carne, et oſſe, et cæteris eius generis, quæ partibus conſtant ſimilibus, ſimpliciora. Alter ſimplicia hæc eſſe ait, et elementa. Terram uero, ignem, et aerem compoſita. Siquidem horum ſeminariũ uniuerſale exiſtere. Qui ergo cuncta ex uno cõſtituunt, ii aſſerant, neceſſe eſt, generationẽ, et interitum, eſſe alterationem, ut qui fateri cogantur, ſubiectũ ſemper idẽ, ac unũ perſiſtere. quod quidem alterari nuncupaẽ. Qui uero plura genera faciunt, ii alterationẽ diuerſam eſſe a generatione cõfiteanẽ oportet. Nã coeundo, et diſſoluẽdo generatio

accidit et interitus. Quãobrem Empedocles ad hunc modum ait. Cuiuſq; natura nihil eſt aliud, q̃ miſtio, et miſtorum diſpoſitio. Itaq; ſatis intelligit̃, hunc ſermonẽ poſitioni illorũ eſſe cõſentaneũ, et ipſorũ talẽ eſſe doctrinam. Sed quanq̃ alterationi, et generationi aliquid intereſſe fateri conuincantur, hoc tamen ipſorum decretis conſtare nequit. Nec uero eſt factu difficile, perſpicere ueram eſſe hanc noſtrã diſputationẽ. Nã ut quieſcente ſubſtantia, mutationem tamen in ipſa fieri cernimus, quã accretionẽ, et iminutionẽ appellamus, ſic item alterationẽ. Cæterũ ad iſtorũ doctrinã, qui plus q̃ unũ principiũ faciunt, nihil ualeat alterari. Siquidẽ affectiones, per quas hoc contingere dicimus, diſcrimina ſunt elementorũ. Verbi cauſa calidũ et frigidũ, albũ et nigrũ, ſiccum et humidũ, molle et durũ, et reliqua. ut Empedocles dicebat, ſolẽ albũ uidere licet, et calentẽ prorſus, imbrẽ aũt caliginoſum et frigidũ. Et de reliquis ad eundẽ modũ ſtatuit. Quare ſi neq; ex igne aqua, nec ex aqua terra fieri põt, ne ex albo qdẽ nigrũ, nec deniq; ex molli durũ fiet. cui ſimilis eſt cæterorum ratio. At iſtud erat alteratio. Aut certe ſtatuẽdum eſt unã ſemp materiã appoſitis adeſſe ſiue loco, ſiue incremẽto et decremẽto, ſeu deniq; alteratione mutent̃. Iã hoc perinde neceſſariũ eſt, atq; alterationẽ exiſtere. Nã ſi alteratio ẽ, ſubiectũ quoq; elemẽtũ unũ eſt, et una materia omniũ, q̃ in ſe uiciſſim trãſeũt. Rurſus ſi ſubiectũ ẽ unũ, alteratio eſt. EMpedocles igit̃ tũ terũ uſui, tũ ẽt ſibi pugnãtia dicere uidet̃. q ſimul elemẽtũ alterũ ex altero fieri negat, ſed ex his alia cuncta gigni, ſimul ubi uniuerſam naturã, excepta diſcordia in unũ coegit, rurſus ex uno ſingula gigni affirmat. Quare ex uno aliquo aliud aqua fit, aliud ignis. cũ uidelicet qbuſdã differẽtiis, et affectionibus ſeiungant̃, ut ipſe dicit. Solẽ albũ et calentẽ, terrã grauẽ et durã. His igitur diſcriminibus ſublatis, poſſunt. n. auferi, utiq; cũ genita ſint, dubiũ non eſt, quin neceſſario ex aqua terra, ex terra aqua generet̃, et alia uiciſſim ex aliis pari rõne. nõ mõ tũc, ſed nunc ẽt, dũ affectionibus mutant̃. Eius aũt diſciplinæ cõſentaneũ eſt, has aduenire poſſe, et rurſus ſecedere, p̄ſertim pugnantibus, ut ipſe ait, inter ſe diſcordia et amicitia. quæ cauſa fuit, ut ex uno cũcta gignerent̃. haud. n. cũ eẽnt ẽt nũ ignis, et aqua, et terra, eẽnt unũ uniuerſum. Nec illud ſatis liquet, utrũ ei principiũ unũ eẽ ſtatuẽdũ ſit, an plura, ut ignẽ, et terrã, et quæ ſunt eiuſdẽ ordinis. Qua. n. uelut materia ſubiicit̃ id, ex quo ꝑ motũ transferẽdo terra fit, et ignis, unũ eſt elemẽtũ. Qua uero hoc ex cõpoſitione fit, illis coeuntibus, ipſa uero ex diſſolutione, illa magis ſunt elemẽtaria, et priora natura.

ORTVS

iiii ORTVS igitur et interitus ſimplex dicẽdũ eſt in uniuerſum, ſint nec
ne. et quomodo ſint. Idẽ de cæteris ſimplicibus motibus, ut de auctiõe,
v et alteratione diſſerẽdũ eſt. ITAq; Plato de rerũ ortu ſolũ, et interitu
quomodo rebus adſint diſſeruit. nec uero de omnibus, ſed de elemen-
torum tantũ generatione. At quomodo carnes, oſſa, et cætera id genus
gignantur reticuit. Iam alteratio et accretio quomodo rebus cõtingãt,
nihil docuit. Et, ut ſemel dicã, excepto Democrito, qui nihil uidetur ne
glexiſſe, nemo quicq̃ præter ſũma rerum perſtrinxit. In reddendo aũt
modo diſcrimen eſt. Nã de accretione, mea quidem ſentẽtia, nihil fere
quiſq̃ ſtatuit egregie, uel quod non eſſet cuiuis in prõptu dicere. Aiunt
enim aliquo accedente rẽs augeri ſimili. Sed quomodo id fiat, nihil di-
cunt. Item de miſtione, et cæteris nihil fere diſputarunt, nõ magis, q̃ de
efficiendo et patiendo, quomodo faciat hoc, illud patiatur, in operibus
naturalibus. Democritus aũt et Leucippus, qui figuras faciunt, alterati-
onẽ, et generationem efficiunt ex his. quippe diſcretione et concretione
ortũ, et interitum, ordine et poſitione alterationẽ. Idem in eo, quod ſe
apparet, uerũ conſiſtere rati, cũ et pugnantia, et infinita apparerent, infi
nitas figuras conſ.xerunt. Itaq; idẽ contrariũ diuerſis uideri, ob compo
ſiti mutationes, et parui temperatura mutari, ac demum diuerſum uno
mutato uideri. Nec id mirum eſſe debere, cum ex iiſdẽ litteris Tragœdia
fiat, et Comœdia.
vi AT quoniam cunctis fere generatio ab alteratione differre, ea q; con-
cretione gigni diſcretione aboleri, uiciſſitudine aũt affectionũ alterari
uident, de his rebus diſſerere ſapiẽtiæ ſtudioſi partes ſunt. Hæc n. quæ-
ſtio latiſſime patet. Nam ſi concretio generatio ſit, multa, quæ fieri ne-
queunt, eueniant. Contra uero diuerſæ rationes urgent, nec quas diſſol
uere facile queas, quaſi fieri nequeat, niſi generatio concretio ſit, quin
generatio aut funditus tollatur, aut hoc ſit quod alteratio. uel ſi et hoc,
difficile quidẽ eſt ſoluere, experiendũ eſt tamen.
vii AC primũ omniũ diſſerendũ, utrũ res ſic gignunt, alterantur, et augen
tur, et his oppoſita patiunt, ut prima principia ſint indiuiduæ magni-
tudines? an nulla eſt indiuidua magnitudo. refert. n. q̃ maxime. utrũ ſi
magnitudines indiuiduæ habent, utrũ corpora ne ſunt, ut Democri-
tus, et Leucippus opinant? an plana, ut in Timæo ſcriptũ eſt. Hoc igit,
ut docuimus alio in loco, procul eſt a ratione, diſſoluere uſq; ad plana.
Adeo, ut corpora indiuidua probabilius aſſerantur, quanq̃ ne hoc qui
dẽ eſt uerisimile. Cæterum his, ut ſupra dixi, alteratio, et generatio con

ſtare poteſt.ſiquis idem conuerſione, et diuerſo tactu mutauerit. Item iii
figurarũ diſcriminibus.quod Democritus facit. Itaq; colorẽ eſſe negat,
quippe conuerſione corpora dicit colorari. Ad plana ſecãtibus,nõ itẽ. v
planis.n.cõpoſitis in latitudinẽ,nihil efficitur præter ſolida.haud.n.ex
ipſis ualeant affectionẽ generare. Sed quo minus poſſent confeſſa, et cõ
ſentanea perſpicere,paucarũ rerũ uſus fuit in cauſa. Nã qui plus operæ,
et ſtudii in doctrinã naturalẽ cõtulere,ii magis queunt ea principia po
nere,quæ ualeant magna ex parte colligere. Iſti uero ex multis rationi-
bus,rerũ inexperti,dũ pauca reſpiciunt facilius pronunciant.
QVIBVS facile intelligas,quantũ interſit Phyſice,et Logice diſputã viii
tibus. Hi.n.de indiuiduis magnitudinibus differentes fore aiunt,ut ſe
paratus triangulus plura ſit. Democritus autẽ et proprias, et ex natura
ductas rationes ſecutus eſſe uideri poteſt,ut in ꝓceſſu declarabit. Haud
enim cõtrouerſia uacat,ſiquis ſtatuat eſſe corpus aliquod omni ex par
te diuiduũ,et hoc fieri poſſit. Nã quid erit, quod diſſectionẽ effugiat?
Quoniã ſi corpus eſt omni ex parte diuiduũ,et hoc fieri poteſt,ſi fue
rit omnino diuiſum,non facta ſimul diuiſione,quin uel ſimul facta,ni
hil tamen erit impoſſibile. Ergo et per mediũ ſimiliter. Ad ſũmã ſi om
ni ex parte natura diuiduũ eſt,etiã ſi fuerit diuiſum; tamen nihil factũ
fuerit impoſſibile.nã et ſi in decies millies decies millena fuerint diuiſa,
nihil erit impoſſibile.quanq̃ fortaſſis nemo ualeat diuidere. Ergo quo
niã corpus omni ex parte tale eſt,diſſecetur,quæ tandẽ magnitudo ſu iv
pererit? Nempe nulla reliqua eſſe poteſt.tũc.n. aliquid eſſet indiſſectũ,
at erat omni ex parte diuiduũ. Quod ſi nullũ corpus eſt futurũ,nec ul
la magnitudo,et eſt futura diuiſio, aut cõſtabunt corpora ex punctis,
expertiaq; erunt magnitudinis,ea ex quibus conſtituunt,aut nihil oĩo.
quare ſiue fiat ex nihilo,ſiue ſit cõpoſitũ,omne nihil erit niſi apparens.
Pari ratione ſi ex punctis cõponeretur,nõ eſſet quantũ. Nã cũ in una
magnitudine tangerent,et eſſent una magnitudo,ac omnia eſſent, ta
men nihilo maius totũ efficerent,ſi.n.diſſectũ fuerit in duo,uel in plu ix
ra,totũ nihilo minus,aut maius erit,q̃ prius. Quare et ſi omnia puncta
componantur,nullã tamen efficiant magnitudinẽ. Cæterũ ſi inter diui
dendum aliqua uelut ſcobs fiat corporis, et ſic ex magnitudine corpus
quoddã exeat,eadẽ ſit ratio,quomodo illud diuiduũ eſt; ſin aũt; quod
abſceſſerit,corpus non eſt,ſed ſpecies quædam ſeparabilis, aut affectio,
eſtq; magnitudo puncta,aut ſic affecti contactus,res mira eſt,ex nõ ma
gnitudinibus conſtare magnitudinem. At uero puncta ubi erunt ſiue

immobilia

immobilia ſunt, ſiue mouentur? Cōtactus aūt ſemper unus eſt aliquo-
rum duorū. ceu aliquid exiſtat præter contactū, diuiſionē, et punctum.
Quodcūq; igitur, aut qualecūq; corpus omnino diuiſum eſſe poſue-
ris, omnia hæc eueniunt. Præterea ſi lignū aut aliqd aliud, poſtq̄ diuiſe
ris, rurſus cōpoſueris, iterū par euadet, atq; unū. Ergo perinde ſe ſe res
habeat, uel ſi per omnē notā lignū ſecueris. Cū ergo undiq; diuiſum ſit
potentia, quid diuiſioni ſupereſt? Nū affectio quædam? at quomodo
in hæc diſſoluitur, et fit ex his, uel quomodo hæc ſeparantur? Quāob
rem ſi fieri nō pōt, ut ex contactibus, aut punctis magnitudines cōſtēt,
corpora indiuidua ſint, et magnitudines, eſt neceſſe. Quanq̄ qui hæc
ſtatuere, iis nihilo ſetius accidit impoſſibile. De qbus rebus et ſi alias eſt
ix a nobis diſputatū HAEC tamen hoc in loco refutare eſt operæ pre-
tiū. quo circa quæſtio rurſus eſt a principio repetenda. Eſſe igitur om-
ne ſenſibile corpus, per quancūq; notā, diuiduū, et indiuiduū non eſt
abſurdū. Eſt. n. diuiduū potentia, actu uero indiuiduū. ut ſit aūt ſimul
omni ex parte diuiduū in potētia, fieri poſſe uideri poteſt, ſi. n. poteſt,
ſi fiat, non ut ſimul utrūq; ſit, actu indiuiduū et diuiſum, ſed diuiſum
per omnē notā, nihil reliquū ſit, et corpus in icorporeū abeat, et rurſus
fiat ex punctis aut ex nihilo. At hoc qui fieri poteſt? Cæterū diuidi cor
pus in magnitudines ſeparabiles, ac ſemp minores, et in ſemotas, diſcre-
taſq; perſpicuum eſt. Non ergo particulatim diuidenti cōminutio eēt
abſq; fine. nec ualet ſimul per omnē notā diuiſum eſſe, cum id fieri ne-
queat, ſed quadam tenus. Neceſſe eſt ergo exiſtant corpora indiuidua,
quæ ſub aſpectū non cadant. Præſertim ſi concretione futura eſt gene-
ratio, interitus diſcretione. Atq; hæc quidē ratio eſt, quæ extorquere ui-
detur confeſſionē corporum indiuiduorum. Sed quomodo Democri-
tus circūueniat aperiamus, eiuſq; detegant inſidiæ. quia nāq; punctus
punctui non eſt contiguus, idcirco magnitudines quodāmodo ſunt
omnino diuiduæ, alias ſecus. Videtur autē, cum hoc ſtatuitur, ubiq; et
paſſim punctus exiſtere. ut ſit neceſſe in nihilū diuidi magnitudinē. cū
ubiq; punctus ſit, ac proinde ex cōtactibus, uel punctibus conſtet. Hoc
eſt, magnitudo eſt omnino diuidua, quia unus punctus eſt ubi uis, et
omnes, ut ſinguli. quia uero plures uno nō ſunt, cum non ſint cōtigui,
idcirco non eſt omnino diuidua. Nam ſi per medium ſit diuidua, per
continuum quoq; punctum diuidua ſit non enim ſignum ſigno, aut
punctus punctui continuus eſt. Hoc aūt eſt diuiſio et compoſitio, ac

proinde cõcretio, et diſcretio. at nõ indiuidua, aut ex indiuiduis(multã enim ſequerentur abſurda) nec ſic, ut omnino fiat diuiſio, quod tunc efficeretur, ſi punctus eſſet punctui cõtiguus, ſed in parua et minora, et concretio ex minoribus.

SED ne ſimplex quidem, et perfecta generatio concretione, et diſcretione definitur, ut quidã prodidere. qui et alterationem putauerunt eſſe mutationem in continuo quod quidem uelut caput eſt, et fons omnium errorum. Exiſtit. n. generatio ſimplex, et interitus non in congregatione, et ſeiunctione, ſed cum hoc in illud mutatur. Alii aũt omnem huiuſmodi mutationem alterationem eſſe arbitrantur. Cum tamen in hoc diſcrimen exiſtat. Nam in ſubiecto hoc ſecundum rationem eſt, illud ſecundum materiam. Cum igitur in his fuerit mutatio, generatio erit, et interitus. cũ uero in affectionibus, et ex accidenti, alteratio quãq. res pro ut concernuntur, aut e diuerſo diſcernuntur, interitui oportuniora fiunt. Si. n. aqua in guttas diducatur, celerius aer generetur, eadẽ. ſi cogatur, lentius. Sed hæc poſt magis aperiemus. nũc illud ſatis ſit ſtatuiſſe, fieri non poſſe, ut generatio ſit concretio. utiq; qualis a qbuſdã traditur. x

QVIbus definitis ſeqtur inueſtigare, num ſimpliciter qdq̃ naſcatur, deficiatq; ʼan nihil proprie? ſed ſemper ex aliquo aliquid fiat? Verbi cauſa ex ualente ægrotus, ex ægroto ualens. uel paruũ ex magno, et magnum ex paruo. et ad hunc modum cætera omnia. Nam ſi generatio ſimplex futura eſt, fiet ſimpliciter ex non ente. ut uerum dictu ſit, non ens quibuſdam adeſſe. Aliqua. n. generatio eſt ex nõ ente aliquo. ut ex non albo, uel non pulchro. generatio uero ſimplex ex non ente ſimpliciter. Simpliciter aũt ſignificat uel primum per ſingula entis prædicamenta, uel uniuerſum, et id cuius ambitu omnia cõtinentur. Si primum, generatio ſubſtantiæ erit ex non ſubſtantia. At cui ſubſtantia, et hoc abeſt, huic haud dubie ne cæterorum quidem prædicamentorum ullũ adeſt, uerbi cauſa ne quale, nec quãtũ, nec ubi. Alioqn ſubſtãtiarũ affectiones ſecerni poſſent. ſin aũt nõ ens prorſus ſignificat, erit omniũ rerum uniuerſum negatio, ut ſit neceſſe, quod gignitur, id ex nihilo efficiaſ. de qbus rebus quanq̃ eſt alio in loco a nobis diſputatũ, et multis rationibus deffinitũ, nũc tamẽ illud fuit paucis perſtringẽdũ res quodãmõ ex non ente ſimpliciter gigni, alias ex ente ſemp. Neceſſe eſt. n. qđ potẽtia eſt ens, actu uero nõ ens, id utroq; mõ dictũ ꝑexiſtat. xi

SED quod his definitis mirabilẽ ꝑfert q̃ſtionẽ, id rurſus explicare oportet. xii

Quomodo

Quomodo eſt ſimplex generatio, cum ſit ex ente potentia, ſiue aliter
utcunq;? Nam quærat aliquis, num ſit generatio ſubſtãtiæ, et huius, et
nõ talis, aut tanti, aut ubi, et ad eundem modum de interitu ambigat.
Quoniã ſiquid generatur, nempe aliqua ſubſtantia potentia erit, actu
nõ erit, ex qua ſubſtãtia generatio futura ſit, et in quã quod interit, ne-
ceſſario trãſeat. Vtrum ergo huic aderit aliorũ quidq̃ actu? ideſt utrũ
erit quantum? aut quale, aut ubi id, quod potẽtia tantũ eſt hoc, et ens,
ſimpliciter aũt neq; hoc, neq; ens? Si.n.nihil, ſed omnia potentia, non
modo ſeparabile accidit, id quod ad hunc modũ eſt non ens, ſed ẽe ex
nihilo præexiſtente, (quod antiqui philoſophi nimiũ ſemper reformi
darunt) generatio fit. Sin aũt cũ id ei non ſuppetat, ut ſit hoc aliquid
uel ſubſtantia, adſit tamen prædictorum quidq̃, poſſint, ut diximus,
xiii affectiones ſubſtantiarum ſeparari. DE his ergo, quoad licet diſpu-
tandum eſt, reddendaq; cauſa, cur ſemper ſit generatio, tũ ſimplex, tum
xiiii particularis. ET cum ſit una cauſa, unde motus principium dicimus
proficiſci, altera materia, hæc poſterior explicanda nobis eſt. Nam de
priore iam diſseruimus, cum de motu ageremus. ſtatuentes quoddam
principium eſſe omni tempore immobile, alterũ ſemper moueri. quo-
rum immobilis principii conſyderatio ad priorem philoſophiã perti-
net, de illo uero quod continenter mouendo cætera mouet, poſtea
diſputabimus, quid huiuſmodi ſit cauſa eorũ, quæ ſingularia dicũtur.
xv NVNC cauſam tractemus, quæ quaſi in materiæ ſpecie poſita eſt, p
quã interitus et generatio naturam nunq̃ deficiunt. et ſimul fortaſſis
propoſita modo quæſtio, quid de interitu ſimplici, et generatione ſit
xvi ſtatuẽdum, explanabitur. NEC uero illa parua quæſtio eſt, quænam
cauſa ſtatuenda ſit generationis cõnectendæ. Siquidem quod abole-
tur abit in non ens. Non ens aũt nihil eſt. non aliquid, non quale, nõ
quãtũ. nõ deniq; ubi. Nã ſi rebus ſemper aliquid perit, cur uniuerſum
non eſt abſumptum, et ad inanitatem redactum? quando quidẽ finitũ
id eſt, ex quo res quæq; generatur. Neq;.n.non deficit, quia id eſt infi
nitũ, ex quo gignitur unũquodque. cũ hoc fieri non poſſit, actu enim
nihil eſt infinitum. Potentia uero quo ad ſectionẽ. ut oporteat hanc
ſolam eſſe, quæ nunq̃ deficiat. quia ſemper aliquid minus fit. At nunc
iſtud non cernimus.
xvii ERGO quia huius interitus, illius eſt ortus, et huius ortus illius interi-
tus, idcirco irrequietã eſſe mutationem neceſſe eſt. quod quidem ſuffi-
ciens cauſa putari debet ortus, et interitus pariter in ſingulis rebus.

SED cur interdum alia ſimpliciter gigni, et aboleri dicantur, alia non xviii
ſimpliciter, rurſus eſt cōſyderādum. Si idem eſt ortus huius, et illius in-
teritus, et huius interitus, illiuſq; ortus. Hoc.n. aliquam rationē poſcit.
Dicimus.n. nunc ſimpliciter interit, et nō hoc tantum. Itē hæc eſt gene
ratio ſimpliciter, et hic interitus. Rurſus hoc aliquid fit, non aūt ſimpli
citer fit. Nā qui diſcit, hunc doctū fieri dicimus, ſimpliciter fieri nō dici
mus. Ergo quia hæc, ut ſæpe definimus dicimuſq;, hoc aliquid ſignifi-
cant, illa uero ſecus, idcirco quod quærimus uſu uenit. Intereſt enim
in quæ tranſeat id, quod mutatur. Exempli gratia tranſitus fortaſſe in
ignem eſt generatio quidē ſimplex Interitus aūt alicuius ut terræ. Ge-
neratio uero terræ aliqua generario eſt, generatio ſimpliciter nequaq̄.
interitus uero ſimpliciter ut ignis. Vt ait Parmenides. qui duo ideſt ens
et nō ens, ignem et terram eſſe dicit. nec intereſt hæc ponantur, an alia
huiuſcemodi, quandoquidē modū, non ſubiectum inueſtigamus. Trā-
ſitus ergo in non ens ſimpliciter ſimplex eſt interitus, ut in ens ſimpli-
citer, ſimplex generatio. Sed quibuſcunq; deffiniatur ſiue ignis, et terra
illa ſint, ſi qua ue alia, horum alterum erit ens, alterum nō ens. Vno igi
tur modo hoc intereſt ſimplici tum generationi, tum interitui, et non
ſimplici, alias refert qualis materia ſit. Nā cuius materiæ differentiæ hoc
aliquid ſignificant, ea magis eſt ſubſtantia. cuius uero priuationem, ea
eſt nō ens, uerbi cauſa calidum eſt quoddā predicamentū, et ſpecies. fri
giditas priuatio. At terra igniſq; his quoq; differentiis, diſcrepant.
QVANq̄ uulgo ſenſibili, potius et inſenſibili differre uidētur. Nā cū xix
aliquid in materiam ſenſibilem tranſit, id gigni dicunt, tunc uero, dele
ri, cum abit in materiam inaſpectabilem. Ens.n. et non ens, quod ſenti-
tur, et non ſentitur eſſe deffiniunt. ut ſcibile ens eſſe, nō ſcibile non ens
habet.n. ſenſus ſcientiæ facultatē. ut ergo iſti uiuere et eſſe ſenſu et fa-
cultate iudicant. Sic itē ees ipſas qui licet ipſum uerū non dicant, tamen
uerum quodāmodo ſequuntur. Alitee.n. opinione atq; re uera efficit
generatio ſimplex, et interitus. Nam ſpiritus et aer iudice ſenſu minus
ſunt. quo fit, ut quæ ſimpliciter intereunt ea, quod in hæc tranſeant, in
terire dicantur. Gigni uero cū in rem tractabilem terramq; mutantur.
Cæterū re uera hæc, q̄ terra magis ſunt hoc aliquid et ſpecies. SED cur xx
qui alicuius eſt interitus, ſimplex ſit generatio, et quæ alicuius genera-
tio, ſimplex ſit interitus, cauſa reddita eſt. ſcilicet ob diſcrimē materiæ.
quod ea ſit aut nō ſit ſubſtantia, uel quod altera magis, altera ſecus, uel
quod materia ex qua, uel in quā altera altera ſenſibilior exiſtat. cur itē

quædam ſimpliciter fieri, quædã aliquid tantum fieri dicantur, idq; nõ
mutua generatione, ut modo dicebamus. Nunc.n.hactenus definiui/
mus, cur cũ omnis generatio ſit alterius interitus, et omnis interitus ſit
alterius generatio, non ſimiliter generationẽ et interitum iis tribuimus,
quæ alterum in alterũ mutantur. At poſterior quæſtio non hoc inqui
rit. Sed cur diſcens, nõ ſimpliciter fieri, ſed doctus fieri, qui uero naſci/
tur, hic fieri dicitur. Hæc aũt prædicamentis definita ſunt. Nã quædã
hoc aliquid ſignificant, alia quale, ſunt quæ q̃tum. Ergo quæ nõ ſigni
ficant ſubſtantiam, ea non ſimpliciter, ſed aliquid fieri dicuntur. Cæte/
rũ in omnibus pariter prædicamẽtis generatio dicitur ſecundũ ea, quæ
in altero ordine ſunt. ut in ſubſtantia ſi ignis, nõ ſi terra fiat. In quali ſi
doctus, non ſi indoctus efficiatur. Cur igitur quædã ſimpliciter fiant,
alia ſecus, et omnino et in his prædicamentis ſatis arbitror explicatum.
et cur ut continenter generatio fiat ſubiectũ eſt cauſa, ut materia. quip/
pe quod mutatur in oppoſita. Eſtq; in ſubſtantiis unius generatio, al/
xxi terius interitus, et unius interitus alterius generatio. NEq; uero ambi
gere oportet, cur generatio ſemper fiat, rebus pereuntibus. Nã ut inte/
rire rem aiunt, cũ ad inſenſibile et non ens peruenit, ſic ex non ente ge/
nerari cum ab inſenſibili diſcedit. Ergo ſiue aliquid ſit, quod ſubiicit,
ſiue nõ, certe ex nõ ente generatur. Ita pari ratione efficitur ex nõ ente,
interire in non ens. ut merito generatio nunq̃ deficiat, cũ ſit generatio
xxii interitus nõ entis, interitus uero non entis generatio. SED quærat ali
quis hoc nõ ens ſimpliciter utrum ſit contrariorum alterum? ut terra,
uerbi cauſa, grauecq; ſit nõ ens, ignis uero et leue ens, an non? Sed ter/
ra eſt ens, nõ ens uero materia terræ perinde, atq; ignis. quin et illud po
teſt indubium uenire, ſit ne utriuſq; diuerſa materia? an tunc nõ fierẽt
alterum ex altero, neq; ex contrariis? Nam igni. terræ et aquæ, oppoſita
adſunt. An quodam modo materia eadẽ eſt, alias diuerſa? Quidquid
enim ſubiicitur idẽ eſt. eſſe aũt non eſt idem. Sed de his hactenus.
xxiii IAM generationi et alterationi quid interſit diſſeramus. Has.n.mu/
tationes inter ſe differre certum habeo. Ergo quoniã eſt ſubiectũ aliqd,
eſt itẽ affectio diuerſa, quæ de ſubiecto dici eſt apta, et utriuſq; mutatio
exiſtit, alteratio eſt, cũ ſubiectum ſenſibile permanens in ſuis affectio/
nibus mutatur, oppoſitis, aut mediis. ut corpus beneualet, idẽq; manẽs
curſus ægrotat. Et æs iã orbiculare, iam idem anguloſum efficitur. Cũ
uero mutatur totum, nec manet quidq̃ ſenſibile, ut idem ſubiectũ, ſed
fit, ut ſanguis ex omni genitali ſemine, uel aer ex aqua, aqua ue ex toto

aere, tunc id generatio unius eſt, alterius interitus. PRAEſertim ſi mu/ xxiiii
tatio ex iſenſibili fiat, in id quod ſub ſenſum cadit, uel tactũ uel omnes
ſenſus. ut cum aqua ex aere fit, aut in ipſum tranſit. Aer. n. ſine contro
uerſia inſenſibile eſt. In his aũt ſi qua oppoſitionis affectio eadẽ in na/
ſcẽti, et interempto maneat, ut cũ ex aere fit aqua, ambo perlucida ſunt,
et frigida, nihil oportet, uti alterũ in quod mutatio efficitur, huius affe
ctio ſit. Alioquin erit alteratio non ſecus, quã ſi pereat homo muſicus,
et immuſicus oriatur, homo aũt idẽ permaneat. Si ergo muſica, et ei op
poſita priuatio nõ eſſet huius affectio per ſe, nempe alterius eſſet ortus,
alterius interitus. Ergo hæc hominis affectiones ſunt. Generatio aũt et
interitus hominis muſici, et immuſici. Nunc aũt hæc affectio manentis
eſt. Et proinde alteratio talia ſunt. Oppoſitionis igitur mutatio ſi fiat,
in quanto auctio, et iminutio dicit̃. Si loco, latio, affectione, et quali, al/
teratio. Cũ uero nihil manet, cuius alterũ ſit affectio, aut omnino acci/
dens, partim ortus uocatur, partim interitus. Iã materia maxime, ac pro
prie, id ſubiectum eſt, quod generationis, et interitus eſt ſuſceptiuũ, ad
quendã uero modũ, id quoq;, quod aliis mutationibus ſubiicitur. Nã
omnia ſubiecta, quarumpiã oppoſitionum ſuſceptiua ſunt. Ac gene/
ratio quidem et interitus ſint, non ſint, et quomodo ſint. Item et alte/
ratio, hactenus diſſeruimus. SVpereſt, ut de auctione diſputemus, qd xxv
huic interſit, ac generationi, alterationiq;, et augeſcentium quodq; quo
modo augeatur, decreſcentium imminuatur. Ac in primis illud diſpi
cere eſt operæ pretiũ, utrum ipſorũ diſcrimen in eo tantũ poſitũ ſit, cir
ca quod uerſantur? ut ſit uerbi cauſa generatio, huius in illud mutatio,
uelut ex facultate ſubſtantia, in actu ſubſtantiam. Auctio aũt et iminu
tio, quæ circa magnitudinem efficitur? Alteratio, quæ circa affectionẽ.
Eſt aũt utraq; dictorũ mutatio ex iis, quæ facultate ſunt ad actum. An
in modo etiã mutationis diſcrimen exiſtat? Nã quod alteratur, non ex
neceſſitate locum mutare uidetur. Sed ne id quidẽ, quod generatur. At
quod augeſcit, aut uiciſſim minuitur, id locũ mutat. q̃q̃ aliter atq; id,
quod fertur. Nã quod fertur totũ mutat locũ. quod uero augeſcit, per
inde mutat locũ, atq; id quod dilatatur. Cuius partes ipſo conſiſtente,
locũ mutant, non tamen ut globi partes. quæ toto globo manente, in
loco pari uerſantur. Cũ augeſcentis partes in maiorẽ explicentur, decre
ſcentis in anguſtiorem cõtrahantur. EX quo intelligere licet, genera xxvi
tionis, alterationis, auctionisq; mutationem non ex eo tantum, in quo
uerſantur. Sed ex ipſo etiam modo diſcrimen ſortiri. De hoc uero in

quo auctionis īminutioniſq; mutatio uerſatur. (Verſari aūt uidetur in
xxvii magnitudine) illud eſt conſyderādū. VTRVM corpus, et magnitudo ex eo generet, quod facultate ē magnitudo, et corpus, actu nec corpus, nec magnitudo. Et cū hoc dicatur duobus modis, utro fiat accretio, ex materia ne ipſa, per ipſam ſeparata an ex eadē in alio exiſtente corpore. An neutro id modo fieri poſſit? Nā ſi fuerit ſeparabilis, uel nullū occu/pabit locū, uel quaſi punctus, aut uacuū erit, aut certe corpus, quod ſen ſum effugiat. Sed horū alterū fieri nō pōt, alterū, ut in aliquo habeatur, eſt neceſſe. Nā cū ſit aliquo in loco futurū id, quod ex eo efficit, ipſum
xxviii quoq; in loco eſſe neceſſe eſt, uel p ſe, uel ex accidēti. CAEterū ſi in aliquo ineſſe debet, ſiquidē ita ſeparatū ſit, ne uel per ſe illius quidq̃ ſit, uel ex accidenti, multa quæ fieri nō poſſunt, euenient. ut ſi fiat exempli gratia aer ex aqua, non fiet aqua transſmutata. Sed quia ipſius materia in aqua uelut in uaſe cōtinetur. Cū nihil obſtet, quo minus materiæ ſint infinitæ, ac proinde actu efficiantur. Præterea non ſic aer ex aqua fieri
xxix cernitur, quaſi manente aqua, ipſe progrediatur. ITAq; ſatius eſt, materiā cunctis ſeparatam efficere, ut eadē ſit, et una numero, ratione uero nō una. Sed nec puncta, nec lineas materiā corporis ponere cōuenit, ob eaſdē cauſas. Sed illud, cuius hæc extrema ſunt, materia eſt, quæ ſine af/
xxx fectione eſſe nequit, nō magis, q̃ ſine forma. SIMpliciter ergo (ut alias eſt a nobis diſputatū) alterū ex altero generatur, idq; ab aliquo eiuſdem ſpeciei, uel generis, ut ignis ab igne, uel ab homine homo, aut certe ab
xxxi actu. Nā durū a nō duro efficitur. SED quoniam materia eſt ſubſtā/tiæ corporeæ, ac proinde talis corporis (nullū eſt. n. corpus cōmune) eadē eſt magnitudinis, atq; affectionis materia, quæ ratione ſaparari pōt, loco nō pōt. Niſi et affectiones ſeparabiles ſunt. Ex qua quæſtione ſatis intelligit, accretionē nō eē mutationē ex eo, quod facultate magnitudo eſt, actu nullā obtinet magnitudinē. Alioquin cōmune ſeparari ualeat. quod fieri nō poſſe, ſupra declarauimus. Iam huiuſmodi mutatio non eſſet auctionis propria, ſed omnino generationis. Eſt. n. auctio, preſen/tis magnitudinis incrementū, diminutio uero decrementum. Ita quod augeſcit aliquā magnitudinē habeat oportet. ac proinde nihil eſt ne/ceſſe, ut accretio ex incorporea magnitudine ſit, in magnitudinis actū. quod generatio potius eſſet corporis, quā accretio. NObis ergo quæ/
xxxii ſtionē ab initio uelut pſtringentibus, diſpiciendū magis eſt, cuius tādē ſit augeſcere et decreſcere, quorum cauſas indagamus. Eius ergo quod augeſcit, pars quæq; aucta fuiſſe uidet, quod minuitur, pari ratione mi

nor fuiſſe facta. Ad hæc aliquo accedente, creſcere, et recedēte, cōminui.
Eſt ergo neceſſe incorporeo res augeſcat, aut corpore. quod ſi incorpo
reo, nempe ſeparabile fuerit cōmune. At ſupra dictū eſt, magnitudinis
materiā ſeparari nō poſſe. Sin aūt corpore, duo corpora in eodē erunt
loco. ideſt augeſcens, et augēs. quod perinde fieri nequit. SED nec il- xxxiii
lud uerū eſt dictu, accretionē perinde fieri, ut cū ex aqua efficit aer. quia
tunc maior moles euadit. Hoc.n. non erit auctio, ſed eius in quod fit
mutatio, ortus, oppoſiti huius interitus. Auctio uero neutrius. Immo
uero uel nullius erit, uel certe eius, ſiqd uerbi cauſa corpus, utriſq;, hoc
eſt naſcēti, et intereunti cōmune adeſt. Nā neq; aqua neq; aer augeſcit.
Sed altera periit, alter genitus eſt, corpus augeſcit, ſiquid augeſcit. q̄q̄
ne hoc quidē fieri pōt. Quia ratione oporter ea conſeruare quæ auge-
ſcenti, et decreſcenti adſunt. quæ quidē tria ſunt. Vnum, ut augeſcentis
magnitudinis pars quæq; maior efficiatur. uerbi cauſa. Carnis pars, ſi
caro forte augeatur. Alterū ut qdpiā accedat. tertiū ut quod augeſcit,
id cōſeruetur, atq; perſiſtat. Nā cū ſimpliciter quidpiā uel naſcitur, uel
interit, id non perſiſtit. at in alteratione, auctione, uel imminutione,
quod augeſcit, uel alteratur, idem manet. Sed illic affectio, hic magnitu-
do non eadem manet. Nam ſi mutatio prædicta eſſet auctio, liceret ni-
hil o, nec accedente, nec permanente augeri, aut abſedente comminui.
et quod augeſcet permanere. At hoc ſaluū eſſe oportuit. Poſitum eſt.
enim tale quidpiam eſſe auctionem. SED quærat aliquis, quid ſit, xxxiiii
quod augeſcit. Vtrū id cui fit acceſſio, ut tibia, ſi augeſcat, ipſa maior ef-
ficiatur, cibus, quo augeſcit, nō itē. Nā cur non ambo fuerint ad aucta?
cum et quod, et quo, maius efficiatur. Vt cum aqua uinum temperat.
Vtrūq;.n. ſimiliter amplius fit. An quia ſubſtātia manet alterius, ideſt
cibi nō manet? Nā et in miſtione quod euincit, id demū tēperari dicit.
ut uinū. Nempe quia totū temperamentū uini, nō aquæ fungitur mu-
nere. Eadē eſt alterationis ratio. Si caro maneat, et ſubſtantia, adſitq; ali-
qua per ſe affectio, quæ prius nō aderat, caro alteratur. Nā quo alterat,
id quandoq; nihil patitur, quandoq; ipſum, quoq; afficitur. Alterator
uero et motus principiū in augeſcente ineſt, et eo quod alteratur, quip-
pe in qbus motor habetur. Nā et igreſſus cibus et corpus eo fruens ma-
ius effici poſſet. ut ſi cibus ſpiritus efficeret, ſed hoc paſſum attollit, nec
motor in hoc ineſt. CAEterū qa de his iā ſatis diſputauimus, quæſti xxxv
onis ſolutio nobis ē inueſtigāda, ſed ita iueſtigāda, ut auctionē ſaluo au
geſcēte, et aliquo accedēte, ac uiciſſim iminutionē, aliquo abſcedēte fieri
tueamur. Ad hæc ſignū quodq; ſenſibile maius minus ue fuiſſe factū.

nec

nec eē corpus inane, nec rurſus duas magnitudines in eodē excipi loco.
Deniq; nō augeſcere incorporeo. Cuius cauſa ſic eſt accipiēda, ut ſtatu
amus primū partes diſſimilares idcirco augeſcere, quoniā ſimilares auge
ſcūt. Ex his.n.illarū quæq; cōſiſtit. deinde carnē, os, et ſimiliū partium
quāq; diſplicē eſſe. ut cæteras ſingulas, quæ ſpeciē habēt in materia. Nā
materia, et ſpēs caro dicit̃ et os. Ergo aliquo accedēte, ut qualibet pars
xxxvi ſecūdū ſpeciē augeſcat, fieri pōt, ſecūdū materiā nō pōt. INtelligendū
eſt.n.quēadmodū ſiqua mēſura metiaris aquā, hæc ſemp alia efficiat et
alt. ſic carnis quoq; materiā augeri. nec effici cuiq; parti additionē, ſed
aliā effluere aliā aduenire. Figuræ aūt, et ſpēi cuiq; particulæ fieri acceſſi
xxxvii onē. QVanq̃ hoc.i. ꝓportionaliter augeſcere in diſſimilaribus, exēpli
gratia in manu, magis deꝓhēdit̃. qppe in qbus materia ab ſpē differre
magis perſpicit̃, q̃ in carne, atq; ſimilaribus. quare poſt mortē caro et
os perſiſtere magis uidentur, quā aut manus, aut brachium. quo fit, ut
carnis pars quæq; quodāmodo augeſcat, alias ſecus. Nā ſecundū ſpeciē
xxxviii cuiq; fit acceſſio, ſecūdū materiā nō iēt. CAEterū grādeſcit totū acce
dēte qdē aliquo, q cibus appellatur, et cōtrariū. Sed in eādē ſpeciē trāſe
unte, ut ſi humidū accedat ſicco, idē cū acceſſerit, mutetur, et ſicceſcat.
xxxix Nā ſimile quodāmodo augeſcit ſimili, alias diſſimili. SED quærat ali
quis, id quo res augetur, quale tandē ſit? Ergo intelligendū eſt, hoc fa
cultate illud eſſe, quod augetur (ut ſi quod eſt facultate caro, carnē adau
geat,) ac proinde actu diuerſum. Hoc aūt intercidēs caro efficitur. Itaq;
nō ipſum ſeparatim efficit̃, tūc.n.generatio foret, nō auctio. Sed id effi
cit̃, quod ipſo augeſcit. Quid igit̃ ab hoc paſſū eſt, ut augeſceretur? an
miſtū fuit? ut ſiqs uino aquā infundat, idēq; ualeat, id quod miſtū fue
rit, uinū efficere. et ut ignis, q cōbuſtibile ꝑtingit, ſic augēdi uirtus in
exiſtēs, quod acceſſit facultate carnis, actu carnē effecit. idq; dum ſimul
exiſteret. Nā ſi fieret ſeparatim, generatio eēt. Cū liceat ignē efficere præ
ſenti lignis iniectis, et ad hūc modū exiſtat auctio. generatio uero, cū li
gna ipſa incēduntur. Neq; uero q̃tū uniuerſale generatur. Nō magis q̃
uniuerſale aīal, quod nō ſit homo, aliquod ue ſingulare. Cæterū ut hic
uniuerſale, ſic quātū illic. Caro igitur, et os, manus ue, aut nerui, et ho
rū ſimilares partes aliquo quāto, nō quanta carne accedēte augeſcunt.
xL ERGO qua eſt facultate utrūq;.i. et quāta, et caro, hactenus adauget.
Nam et quanta fiat oportet, et caro, qua uero caro tantum, hac nutrit.
Hactenus.n. nutritio, auctioq; ratione differunt. Itaq; nutritur, quate
nus quod deficit, cōſeruatur. non tamen ſemper augeſcit. Nutritio.n.
idē eſt, atq; accretio, ſed eſſe diuerſum ē. Nā qua eſt, quod accedit facul

tate caro quanta, hac uim habet carnis augēdæ. nutriēdæ uero, qua eſt
facultate caro tantum. Hæc aūt ſpecies abſq; materia uerbi cauſa tibia,
facultas quædā in materia eſt, quod ſiqua materia, quæ tibia facultate
ſit, quæq; facultate quantū habeat, acceſſerit, hæ maiores erunt tibiæ.
CVM uero haud amplius efficere pōt, ſed ut aqua, quæ copioſior ſub- xLii
inde uino miſta, tandē aquoſum efficit, et itē aquā, tunc diminutionē
quāti facit, ſpecie tamen manēte. SED quoniā de materia deq; uoca- xLiii
tis elementis primū dicere oportet, ſint, nō ſint, et utrū ea ſingula ſem-
piterna ſint, an fiant aliquo modo, et ſi fiunt, utrum alterum ex altero
uiciſſim cuncta eodē modo fiant, an ipſorum unū aliquod primū ſit,
idcirco neceſſe eſt, prius de iis dicamus, quæ nō dum definita ſunt. Om
nes. n. tum qui elementa, tum ēt qui ex elementis conſtituta gignunt,
diſcretione et concretione, præterea efficientia et perpeſſione utuntur.
Eſt aūt cōcretio miſtio. Sed quomodo miſtionē fieri putemus, nō pla-
ne difinitū eſt. At nullo efficiente, neq; patiēte, nec alteratio, nec diſcre-
tio, cōcretio ue fieri pōt. Nā qui plura faciunt elementa ii mutua ipſo-
rū efficientia et perpeſſione gignunt, et qui ex uno generant, ii quoq;
efficientiā fateri cōuincunt. Et quidem illud recte aſſerit Diogenes, niſi
ex uno cuncta eſſent, inter ſe uiciſſim facere, ac pati nō poſſe. Verbi cau
ſa nec calidū frigeſcere, nec hoc rurſus affici calore. Haud. n. calor in fri
gus tranſit, aut hoc in calorem. Sed ſubiectū uarie proculdubio afficit.
quāobrem quæ faciunt, et patiunt, horū ut ſit una ſubiecta natura, ne-
ceſſe eſt. Nō igitur oīa, ſed ea talia eſſe uerū eſt dictu, in quibus ineſt hu-
iuſmodi uiciſſitudo. Cæterū ſi de faciendo et patiendo, deq; miſtione
diſputandū eſt, de tactu quoq; diſſeramus oportebit. Nā quæ inter ſe
pertingere nequeunt, ea ne facere quidē, nec pati proprie ualent. Nec ni
ſi quodamodo tangentia miſceri primum poſſunt. De his ergo tribus
diſſerendū eſt, quid eſt tactus, quid miſtio, quid deniq; facere. hinc aūt
ordiamur, ſiquidē neceſſe eſt, quæ miſcent, ea ſe mutuo cōtingāt, ac per
inde eā, quorū alterū efficit, alterū patit proprie. quāobrem de tactu pri
mū diſputare cōmodiſſimum erit.
VT igitur cætera fere ſingula nomina multifariam dicuntur, hæc xLiiii
æquiuoce, illa diuerſa ab aliis prioribuſq;, ſic item tactus multifariam
dicitur. proprie tamen dictus iis adeſt, quæ ſitum obtinet. Situs ue-
ro iis tandem, qui locum ſortiuntur. Nam mathematicis ſimiliter ta-
ctum et locum reddere conuenit. Siue illorum quodq; ſeparatum eſt,
ſiquo ue alio modo ſe ſe habet. Ergo ſi cōtingi (ut ſupra ſtatuimus) eſt

ultima

ultima ſimul habere, illa demū inter ſe cōtingunt, quæ cū diſcretas ma
gnitudines, et ſitū obtineat, extrema ſimul habent. Sed quoniā ſitus iis
adeſt, quibus et locus, eſtq; loci prima differentia ſupra et infra, et talia
de numero oppoſitorū ſunt, nempe omnia, quæ cōtingūt inter ſe, gra-
uitatē habēt, aut leuitatem, utrāq; uel alteram. Porro quæ talia exiſtūt,
ea paſſiua et effectiua ſunt. Ex quo intelligit ea inter ſe contingere apta
eſſe, quorū magnitudinū diſiunctarū extrema ſimul ſunt, apta inter ſe
moueri, ac uiciſſim mouere.
xLv SED quoniā motor nō ſimiliter mouet rem motā. Sed hic dū mouet,
ut idem moueatur, ille imobilis maneat neceſſe eſt, profecto de faciente
eodēmodo nobis eſt dicendū. Nā qui mouet, hunc aliquid facere aiūt.
et q facit, is quoq; mouere dicit. Cæterū diſcrimen exiſtit, et definitio-
ne opus eſt. Neq;.n. fieri pōt, ut oē mouēs efficiat, ſi quidē efficiēs pati
enti opponit, hoc uero qbus motus ē affectio. eſt aūt affectio quatenus
modo alteratur. ut albū uel calidū. At mouere latius patet, q̄ efficere. Il
lud igitur certū eſt, a mouentibus quodāmodo mobilia cōtingi, alias ſe
cus, at in uniuerſum contingere eorū eſſe deffinitur, quæ cū ſitū habe-
ant, alterū mouere, alterū moueri apta ſunt. Mutua uero mouendi ui-
ciſſitudo iis adeſt, quibus facere et pati. Tāgens ergo quodāmodo ma-
gna exparte tangit id, a quo tangitur. fere nāq; oia ſenſui noſtro fami-
liaria ita mouent, ut ipſa quoq; moueantur. In quibus neceſſe eſt, et ſic
apparet, ut quod tāgit, idē a tacto cōtingatur. quodā modo uero inter-
dū quod mouetur tantū a mouente tangi dicimus, nō et tangens a ta-
cto cōtingi. Sed qa quæ euiſdē generis ſunt, dū mouēt ipſa quoq; mo
uentur, neceſſum eſſe uidetur, ut quod contingit, ipſum uiciſſim cōtin
gatur. quare ſiquid mouet, cū ipſum imobile ſit, ab hōc mobile tanget,
ipſum uero a nullo. Interdū nāq; qui nos mœrore afficit, ab eo tangi di
cimur, ille a nobis nō itē. Ac de tactu quidē, qui ad res naturales perti-
xLvi net, ad hūc modū definitū ſit. PROximū eſt, ut de faciēdo, et patiēdo
diſſeramus. quibus de rebus ſuboppoſitas ſententias a maioribus accepi
mus. Nā plurimorū eſt cōſenſus, ſimile a ſimili nihil aptū eſſe pati. cū al
terum altero nihilo magis uel effectiuū, uel paſſiuum ſit. oia.n. ſimiliter
eadē utriq; adeſſe, diſſimilia uero, et diuerſa inter ſe uiciſſim efficere, et
pati apta eſſe. Quod ſi minor ignis a maiore intercipitur, contrarietate
eſſe in cauſa. Multum enim paruo contrarium eſſe.
xLvii DEMOCRITVS unus peculiarem præ cæteris induit perſuaſionem.
Ait.n. idem, ac ſimile eſſe quod facit, et quod patitur. Nā diuerſa diffe

rentiaq; fieri non poſſe, ut alterũ ab altero patiantur. Quod ſi quæ diuerſa ſunt, ea quidq̃ inter ſe uiciſſim efficiunt, non qua diuerſa ſunt. ſed qua idem quidquam adeſt, hoc eis uſu uenire. Quæ igitur a maioribus dicta ſunt, ad hunc modũ ſe ſe habent. xLviii

CAETERVM ad hunc modũ differentes ſuboppoſita dicere uidentur. cuius contradictionis cauſa eſt, quia cũ aliquid totũ conſyderãdũ eſſet, quandã partẽ utriq; dicunt. Nã quod ſimile eſt, ac omni procſus diſcrimine uacat, hoc ne a ſimili patiatur, ratio eſt. Cur. n. hoc, quam illud potius erit efficiens? Iam ſi a ſimili quidq̃ pati põt, idem quoq; a ſe ipſo patiatur licebit. quod ſi hæc ad hunc modũ ſe ſe habeãt, nihil eſſe poſſit interitus, ac motus immune. Nam ſi ſimile in eo quod eſt ſimile, efficiens eſt, uniuerſum ſe ipſum mouebit. SImilis eſt eius ratio, quod xLix
eſt omnino diuerſum, et nequaq̃ idem. Nã neq; albedo a linea quidq̃ pati ualeat, nec linea ab albedine, niſi forte ex accidẽti. Si uerbi cauſa uſu ueniret, ut linea eſſet uel alba, uel nigra. Haud. n. ex natura excluditur alterũ ab altero, quæ neq; oppoſita ſunt, neq; ex oppoſitis conſtant.

SED quoniã nõ quoduis ad patiendũ, ac uiciſſim efficiẽdum eſt aptũ, L
ſed quæ cõtraria ſunt, aut contrarietatẽ habẽt, idcirco neceſſe eſt, ut efficiens genere quidẽ ſimile, idẽq; ſit, atq; patiens, ſpecie uero diſſimile et oppoſitũ. Corpus. n. a corpore, ſapor a ſapore, a colore color, in ſũma a cognato cognatũ, ut patiatur aptum eſt. CVIVS cauſa intelligitur, Li
quia cõtraria quæq; in eodẽ genere ſunt. Porro cõtraria inter ſe faciũt, et uiciſſim patiunt. Quare efficiẽs et patiẽs quodã mõ eadẽ, alias diuerſa inter ſe, ac diſſimilia ſint, neceſſe eſt. Sed quoniã patiẽs et efficiẽs, genere eadẽ, et ſimilia, ſpecie diſſimilia ſũt, et cõtraria talia exiſtũt, haud dubie cõtraria et media paſſiua inter ſe ſe atq; effectiua ſunt. Nã oio interitus, et generatio in his ſita ſunt. Cũ ſit conſentaneũ, ut ignis calore, frigidũ frigore afficiat. breuiter ut efficiens ſimile ſibi reddat patiens. efficiẽs. n. et patiẽs cõtraria ſunt. Fitq; generatio in cõtrariũ. ut ſi neceſſe, patiẽs in id trãſeat, quod facit. ſic futura in contrarium generatione.

ITAq; ſecũdũ rationẽ licet ii nõ eadẽ dicãt, utriq; tamen naturã attin- Lii
gũt. Interdũ nãq; ſubiectũ pati dicimus, uerbi cauſa hominẽ ſanari, caleſcere, aut refrigerari, et cætera ad eundẽ modũ, quãdoq; frigidũ caleſcere, ægrũ ſanari, et utraq; uera ſunt. Eadẽ eſt efficiẽtis ratio. Iã. n. hominem, iam calidum calefacere dicimus. Quodam. n. modo materia, alias contrarium patitur. Qui ergo ad illud ſpectabãt, aliquid idem efficienti, et patienti adeſſe oportere putabant, qui ad alia, contrarium.

Liii DE facere autem, et pati eadem eſt intelligẽda ratio, ac demoueri et mo
uere. Mouens.n.bifariam dicitur. Nam et id, in quo principiũ motus
ineſt, mouere uidetur. (Eſt.n.principium cauſarum prima) et rurſus
extremũ quod mobile ſpectat, et generationem. ſimilis eſt efficientis ra
tio. Nam et medicum, et uinum ſanare dicimus. Primum ergo moto
rem nihil prohibet in motu manere immobilẽ, atq; adeo in quibuſdã
neceſſarium eſt, ultimus aũt ſemper, dum mouet, ipſe moueatur opor
tet. Item in efficiẽdo primus effector eſt impatibilis, ultimus ipſe quoq;
patiť. Nã quorũ nõ eſt eadẽ materia, ea dũ efficiunt, nõ patiunť, ut me
dẽdi ars, quæ cũ ſanitatẽ efficit, acõualeſcẽte nihil patiť. At cibus dũ effi
cit, ipſe quoq; aliqd patiť. aut.n.caleſcit, aut frigeſcit, aut aliud qdq̃ pa
tiť, dũ efficit. Eſt aũt medendi ars, ut principiũ, cibus, ultimũ et tãgens.
Liiii EFFICIENTIVM igitur, quæ non habent formam in materia pati
nõ poſſunt, quæ habẽt poſſunt. Materiã.n.ſimiliter fere, eadẽ eſſe dici
mus utriuſq; oppoſitorũ. perinde quaſi genus ſit. quod aũt calere põt,
adſit mõ quod uim habet calefaciẽdi, et admoueať, neceſſario caleſcit.
Ergo effeciẽtũ, quædã, ut diximus, ĩpatibilia ſunt, alia pati poſſunť. Ac
ut in motu, ſic res ſe ſe habet inefficiẽtibus. Illic.n.quod primũ mouet
Lv ipſum eſt, imobile. in efficiẽtibus primũ efficiens impatibile. EST aũt
efficiẽs cauſa, quaſi unde principiũ motus proficiſciť, id uero cuius gra
tia, non eſt efficiẽs, itaq; ſanitas non eſt efficiẽs, niſi per tranſlationem.
Patiens.n.dum efficiens adeſt, aliquid eius fit. Præſentibus aũt habiti
bus non fit, ſed iam eſt. Species porro, et fines habitus quidã ſunt. Ma
teria uero, qua materia paſſiuũ eſt. Ignis ergo calorẽ habet in materia.
Nã ſi quod calidũ ſeiunctũ ſit, hoc neutiq̃ patiať. Hoc igiť ut ſeiunctũ
ſit, forſitan fieri nõ põt, at ſiqua talia eſſent, quod dicimus, uerũ eſſet
in eis. Ac facere quidem, et pati quid ſit, et quibus datum, et cur et quo
modo, hactenus. ſed rurſus hoc quomodo ualeat accidere differamus.
Lvi SVNT igitur, quibus ſubeunte per quoſdam meatus efficiente ulti
timo, et propriſſimo, pati quodq; uideatur. Et adhunc modũ uidendi
audiendiq;, et omnium cæterorũ ſenſuum nobis munus obiri. Cerni
præterea res per aerem, et aquam, et corpora perlucida, quod ea meatus
habeant, inaſpectabiles illos quidẽ ob exiguitatem, frequentes tamen,
et diſpoſitos, qui perlucidis præcipue dati ſunt. Atq; hi quidem in qui
buſdam ad hunc modum ſtatuerunt, ut Empedocles. nec ſolum in fa
cientibus et patientibus, ſed et ea miſceri aiunt, quorum meatus inter
ſe ſunt commenſurabiles.

LEVCIPPVS aūt, et Democritus maxime, uia unaq; ratione de cun Lvii
ctis ſtatuerunt principio iacto, quod ut eſt, ſic eſſe ad naturā ſtatuebāt.
Antiquorum.n.quibuſdā ens neceſſario unū eſſe, et immobile uiſum
eſt. Neq;.n.inane ens eſſe, ſed plenum dūtaxat eſſe ens. idque moueri
non poſſe, cum non ſit inane ſeparatum. Nec rurſus multa eſſe, cū nō
ſit quod diſiungat. NEC referre uniuerſum continuum eſſe, ſed di/ Lviii
uiſim contingi putetur, an plura nō unum, et inane eſſe dicatur. Nam
ſi penitus diuiduum ſit, nihil eſſe unum, ac proinde ne multa quidem,
ſed totum eſſe inane. Sin aūt quadā tenus diuiduum, quadā indiuiduū
figmēto id ſimillimū eſſe. Quatenus.n.et quare hæc pars totius ita ſe
habeat, et ſit plena, illa diuiſa? Ad hæc motum non eſſe, ſimiliter affir/
mare, neceſſarium eſſe. Quibus ducti rationibus nōnulli ſpreto contē
ptoq; ſenſu, ceu rationi ſit obſequendū, uniuerſum unū eſſe affirmant,
idemq; immobile. quidam uero et infinitum. finem nāq; in uacuū de
ſinere; Sic ergo iſti, et ob has cauſas de ueritate reſpondebant.
PRAETEREA in rationibus hæc uſu uenire uidētur, at in rebus, ſic Lix
opinari furori proximū eſt. Nemo.n.eo furoris eſt actus, ut ignem et
glaciē unum eſſe putaret. Sed hactenus modo quīdā inſaniuere, ut in/
ter honeſta, et quæ ſpeciē habent honeſti ob conſuetudinem nullum
delectum facerent.
LEVCICIPPVS aūt ſenſui doctrinam ſuam conſentire putauit. nec Lx
ortum interitum ue, aut motum, nec deniq; rerum multitudinem de/
moliri. At cum hæc apparentibus aſſentiatur, illud aſſerentibus unū,
non poſſe abſq; inani motum eſſe, inane ait eſſe non ens, ac entis
nihil eſſe non ens. Illud enim proprie eſſe ens, quod plenum eſt. ſed ta
le non unum, ſed infinita numero eſſe, et quæ ob exiguitatē molis ui/
ſum fallant eadēq; per inane ferri, eſſe enim inane. E t ea conſtituta ge/
nerationem, diſſoluta interitum afferre. Efficere autem et pati, qua per/
tingunt, hactenus.n.nō eſſe unū. cōſtituta uero et cohærētia gignere.
ILLVD quoq; aſſeuerabat, ex eo, quod uere unum eſſet, multa, non gi Lxi
gni, nec rurſus unum ex iis, quæ uere multa. quin potius hoc fieri poſſe
negabat. Cæterum ut Empedocles, et alii quidā naturæ interpretes per
meatus res affici aiunt, ſic Leucippus omnem alterationē, omnemq; af/
fectionē fieri ait, dū per inane diſſolutio, ac interitus fit ſimiliter et in/
cremētū aliis ſubeūtibus. NAM et Empedocles cogitur pene fateri, Lxii
quæ Leucippus tradit. Nempe quædam eſſe ſolida eademq; indiuidua,
ſi nō ubiq; meatus habentur. quod certe fieri non pōt. nihilo alioquin

alio

alio præter meatus futuro ſolido. Sed inani omni. Vt ſit neceſſe tangen
tia indiuidua ſint, quæ uero his intercipiunt, inania. Quos ille meatus
appellat. Ac Leucippus quidē de agēdo, et patiendo ſic differit, et modi
quibus hæc efficiant, illa patiantur, hi ferre produnt. Sed de his, et quo
modo præcipiant nō dubitatur. Quorū poſitionibus rerū uſus fere cō
ſentire uidetur. aliis uero lōge minus. Empedoclē dico. cui quomodo
futurus ſit interitus et alteratio non ſatis liquet. Cæteris.n. corporū pri
ma indiuidua ſunt, quæ figura tantū differunt, et ſunt prima ex qui-
bus corpora cōſtituuntur, et ultima in quæ diſſoluuntur. At Empedo
cli cætera quidē generationem haud dubie, ac interitū habent uſq; ad
elementa, ipſorū tamen elementorū cōgeſta magnitudo. quomodo ge
neretur, et intereat, nō ſatis intelligitur. Sed ne reddi quidē ratio ab ipſo
pōt, qui ignis elementum eſſe negat. Simili omniū aliorū ratione. ut in
Lxiii Timæo Plato ſcriptū reliquit. CVIVS doctrina hoc tantum differt
a dogmate Leucippi, quod indiuidua alter ſolida, alter plana eſſe pro-
dit. et quod hic indiuiduorū ſolidorū quodq; innumeris figuris termi
nari cōſtituit. Ille finitis. uterq;. n. indiuidua terminataq; figuris aſſe-
rit. Et ex his generationes, et interitus cōſtare. Leucippus dupliciter, per
uacuū et tactū, qua ſingula ſecari poſſe dicebat, Plato per tactum dun-
taxat. Nam uacuū eſſe negat. Sed de indiuiduis planis diximus in ſupe-
rioribus quæſtionibus. De ſolidorū uero indiuiduorū cōſequentibus
Lxiiii longiore nunc ſermone reſecato. CEV a narratione digreſſi pauca per
ſtringamus. Enim uero corporū indiuiduorum quodq; ad patiendū
eſſe ineptū fateri neceſſe eſt. Cū pati niſi per uacuū nō poſſit, ideoq; nul
Lxv lius affectionis effectiuum. Quando nec ſiccū eſſe ualet, nec frigidū.
AT illud quā habetcū uero ſimilitudinē, ſolū circulari figuræ calidum
referre? cū ſit neceſſe contrariū, frigidūq; alicui figuræ cōueniat, quod
ſi hæc affuerint, calor iſi quā et frigus, nō ne abſurdū eſt, grauitatē et le-
uitatē, duriciē et mollitudinem abeſſe.
Lxvi QVāq̄ Democritus indiuiduorū quodq; p exceſſum grauius eſſe cō
firmat, ac proinde abſq; dubio calidius. At quæ talia ſunt, fieri nō pōt,
ne alterū ab altero patiant. Verbi cauſa. leniter calidū ab eo, quod mul
Lxvii to calore excellit. PORro ſi durum eſt, ſequitur, ut ſit etiā molle. At
molle dicitur, quoniā aliquid patitur, nā quod cedere aptū eſt, id molle
Lviii nuncupatur. SED et illud eſt abſurdū, præter figurā nihil adeſſe. et ſi
adeſt, unum tantū adeſſe. ut uerbi cauſa hoc ſiccū ſit, illud calidū. neq;
enim eorum una poſſet eſſe natura. Sed perinde fieri nequit, ut adſint

uni plura. Nã cũ ſit indiuiduũ, affectiones ibidem habeeet. quare ſi pa/
tiatue, uerbi cauſa, ſi frigoee afficiatur, eadem parte aliud quidq̃ efficiet,
uel patiet. quæ ratio eadem in cæteris affectionibus intelligitur.
HOC.n.ad eundẽ modũ utriſq; quiq; ſolida, quiq; plana indiuidua Lxix
faciunt, uſu uenit. neq;.n. fieri poſſunt aut rariora, aut frequentiora ni/
ſi habeatur in indiuiduis inane. SED nec illud eſt probabile, parua in Lxx
diuidua eſſe, magna nõ itẽ. Nunc.n. merito maiora, q̃ parua cõminuti/
oni opportuniora ſũt, q͞a facilius magna reſoluũt. q͞ppe quæ pluribus
incurſant. At prorſus indiuidua cur magis de paruorũ, q̃ de magnorũ
numero ſunt? AGE uero utrũ eſt illorũ ſolidorũ omniũ una natu/ Lxxi
ra? an alia ab aliis diuerſa ſunt? ut hæc ignea mole, illa terrena ſint. Nã ſi
una eſt cunctorũ natura, quo tandẽ diſcernuntur? aut cue tangendo
nõ fiunt unum? ur cũ humor humorẽ tangit. Neq;.n. poſterius a prio
re diuerſum eſt. ſin aũt inter ſe differunt, qualia hæc ſunt? Nẽpe dubita/
ri nõ põt, quin his potius, quã figuris principia et cauſæ accidentiũ aſſi
gnari debeãt. PRAEterea quæ ſunt natura diuerſa, ea ſi cõtingant in Lxxii
ter ſe, efficiant utiq;, et patiãtur. AD hæc mouens quid eſt? ſi.n. diuee Lxxiii
ſum eſt, paſſiua ſunt, ſin quodlibet ſeipſum mouet, uel diuiduũ erit, q͞p
pe alia parte mouebit, alia mouebitur, uel in eadẽ parte inerũt oppoſita
QVIN et materia nõ numero tantũ, ſed ẽt uirtute una fuerit. ERgo Lxxiiii
qui pee foraminũ motũ affectiones aiũt accidere, iis plane meatus, ſiqui Lxxv
dẽ ipſis plenis ees afficitur, ſuperuacanei ſunt. Nã ſi omne efficit hac ra/
tione, nẽpe ad hũc modũ pati queat, uel ſi meatus nõ habeat, ſed ipſum
ſic cõtinuũ. IAM uiſio ad iſtorũ doctrinã effici, q͞ põt? haud.n. iuxta Lxxvi
principia licet per tranſlucida cõmeare. Sed ne per ipſos quidẽ meatus,
ſi plenus eſt quiſq;. Nã q͞d intereſt, nulli ne, an pleni ſint meatus. omni
perinde futuro pleno. Quin ſi meatus ipſi inanes ſunt, eſtq; neceſſe cor
pora in ſe cõtineant, idẽ rurſus cõſequatur. Nã ſi tantuli, ut nullius cor/
poris ſint capaces, res digna eſt riſu, putare paruũ inane eſſe, magnũ nõ
itẽ, nec quãtũcũq;, uel inane aliud eſſe, q̃ corporis locũ. Vt intelligatur
omni corpori par magnitudine futurũ inane. Ad ſũmã meatus facere
ſuperuacaneũ eſt. Si.n. per tactũ nihil efficit, ne per meatus quidẽ com
means efficiet. Sin aũt tangẽdo, demptis ẽt meatibus, quædã eorũ, quæ
talẽ inter ſe ſortiunt aptitudinem, efficient, alia uiciſſim patientur. Ac
meatus quidẽ ad quorũdã opinionẽ, uel perperã, uel nequidq̃ aſſeri ſa/
tis his arbitror explicatũ. Nã ſiquis cum corpora ſint omnino diuidua,
meatus cõfingat, nõne is riſum captare uideatur? cũ ualeant, qua ſunt
diuidua

Lxxvii diuidua ſeparari. IAM ſumpto principio ſæpius a nobis repetito, rerum gignendi efficiendi patiendiq; modū explicemus. Nam ſi hoc facultate, illud actu eſt huiuſmodi, nec parte hac, ut patiatur eſt aptum, illa non item, ſed omnino quatenus eſt huiuſmodi, et ſi plus minuſq;, put plus minuſq; tale eſt, qua ratione meatus cauſarius quiſpiā afferet, eet, ut in metalli fodinis paſſiui continentes uenæ diſcurrunt.

Lxxviii NEMpe quod eſt coniunctum, aeq; unum, id ut patiatur aptum non eſt. Sicut ne effectiua quidem et paſſiua, niſi uel ſe mutuo, uel alia pertingant. Haud.n. pertingens tantum calefacit ignis, ſed etiam cum longius receſſit. Ignis.n. aerem calefacit, aer qui efficere et pati aptus eſt, corpus afficit calore.

Lxxix IN examinatione autem eorum ſententiæ, qui putant corpora parte ſui pati, parte ſecus, quod principio diximus, repetendum eſt. niſi enim magnitudo omni ex parte ſecari ualeat, ſed ſit corpus, uel latitudo indiuidua, nihil omni ex parte paſſiuum, ſed ne continuum quidem exiſtat. At ſi hoc falſum eſt, et omne corpus eſt diuiduum, nihil intereſt, ſit ne diuiſum quidem, pertingens tamen, an diuiduum. Si enim per tactus, ut quidam aiunt, diſcerni poteſt, etiam ſi non dum fuerit diuiſum, erit diuiſum. Poteſt enim eſſe diuiſum. quandoquidem nihil fit, quod fieri nequeat. Sed omnino ad hunc modum fieri, fiſſis corporibus, nō eſt ueriſimile. Tollit.n. ratio hæc alteratione.

Lxxx NAM uidere licet corpus idem cum ſit continuum, iam humidū, iam frigore concretum, quod ei non diuiſione, et compoſitione uſu uenit, nō item conuerſione, et diuerſo tactu, ut tradit Democritus. nec enim tranſpoſitum, aut mutata natura ex humido fit concretum. Nec nunc ſicca et cōcreta adſunt molibus indiuidua. Sed pariter omne iam humidū eſt, iam ſiccum et concretū.

Lxxxi ADde quod nec accretio conſtare poteſt, nec imminutio, cū non ſit pars quæq; futura maior. Erit enim acceſſio. nec omne uel aliquo admiſto, uel per ſe mutabitur. Ac gignere quidem res, et efficere, ac uiciſſim gigni, et pati, utq; fieri poſſit, et quo modo falſo quidam putauerint, hactenus fuerit definitum. Supereſt, ut de miſtione eadem ratione, ac uia differamus. Nam ex his, quæ initio propoſuimus hoc erat tertium.

Lxxxii QVO in loco hæc erunt cōſiderāda, quid eſt miſtio, quid miſcibile, et quibus rebus miſceri datum eſt, et quomodo. Præterea miſtio ſit ne, an falſo fingatur. quidam nanq; fieri poſſe negant, ut aliquid diuerſum, cum diuerſo miſceatur. Nam cum ſint quæ miſta fuerunt, nec alterata, nihilo magis tunc miſta eſſe, q̄ prius. Sed perinde ſe ſe habere,

quod ſi alterutrū interierit, nō fuiſſe miſta. Sed hoc eſſe, illud nō eſſe.
At miſtionem eorum eſſe, quæ ſimilitee ſe ſe habēt, ad eūdem modum
ſtatuunt. Si miſtorum utrūqꝫ in confuſione perierit, neqꝫ.n.miſta eſſe,
quæ ne exiſtunt quidem omnino.
HAEC igitue quæſtio inueſtigaee uidetue, miſtio quo differat a gene- Lxxxiii
ratione, et interitu. et quod miſceri aptum eſt ab eo, quod generari, et
interire. differant enim oportet, ſiquidem ſunt. quibus expoſitis, quæ
quæeimus explicabuntut. Cæterum neqꝫ materiam cum igni miſtam
eſſe dicimus, neqꝫ dum comburitur, miſceri. non ipſam ſecum partibus
non item cum igni. Sed ignem fieri, materiam interire. ſicut nec cibum
cum corpore miſceri, nec cum cera figuram, cum molibus imprimitur.
Iam nec cum corpore album, nec ut ſemel dicam, affectiones, et habitus
cum rebus miſceri ualent. Salua enim conſpiciuntur. Sed nec album et
doctrinam confundi ualent. nec aliud quidq̃ ex his, quæ ſeparari ne-
queunt. quanq̃ hoc aiunt, ſed falſo, qui omnia quandoqꝫ ſimul eſſe, et
miſceri dicunt. Neqꝫ enim cum quaqꝫ res quæqꝫ miſceri ualet. Sed ne-
ceſſe eſt, ut confuſorum utrunqꝫ ſeiungi poſſit. At qui affectionū nul-
la ſeparari poteſt. SED quoniam ees partim facultate, partim actu exi Lxxxiiii
ſtunt, fieri poteſt, ut miſta ſint quodam modo, et non ſint. Nam quod
ex confuſione euadit, actu quidem diuerſum eſt ab iis, ex quibus tempe
ratue, facultate uero aliquid utriuſqꝫ eorū, quæ fueeant, antequā cōfun
deeētur. nec eſſe deleta. hoc.n.eſt q̃d prius quærebamus. quæ uero mi-
ſcentue, ea ex ſeiunctis coire, et poſſe item ſeiungi uidentur. actu igitur
non permanent, ut corpus et albū. rurſus nec interit, nec alterum, nec
utrunqꝫ. qppe quorū uirtus incolumis ſeruatur. de his igitue hactenus.
SED iam peoximam his quæſtionem differamus, utrum miſtio ad ſen Lxxxv
ſum aliquid ſit? Ideſt cum ea quæ confunduntue tam minutim ſecan-
tur, et ſic intee ſe ponuntue, ut ſenſum lateat, an ſint, tunc demū utrū
miſcentur? an non? ſed miſtorum quælibet pars, cuilibet apponitur?
Illud enim perinde eſt, ac ſi dicas oedei grana cum tritici granis tempe
rari. Cū eorum cuiqꝫ apponitue aliquod. Sin autem omne corpus eſt
diuiduum, et corpus cum corpore miſceri poteſt partium ſimilitudine,
neceſſe erit, quanlibet partē cuilibet apponi.
SED quoniam ſecari ad minima non licet, neqꝫ eſt idem compoſitio Lxxxvi
et miſtio, ſed diuerſum, profecto non eſt dicendum, quæ temperantue,
ea per incolumes paeticulas miſta eſſe. Alioquin congeſtio eſſet, non tē
peramentum, aut miſtio. Nec pars eandē atqꝫ totū rationē ſortiretur.

At

At ſiquid temperatū eſt, hoc ſimilibus partibus conſtare putatur. et ut
pars aquæ aqua eſt, ſic et miſti. At ſi miſtio eſſet, per exigua compoſi/
tio, horū nihil eueniret. Sed ad ſenſum miſta eſſent, et quod parū pſpi/
caci, miſtū eſſet, hoc lynci non itē. neq; diuiſione, nec quælibet pars cui
libet eſt appoſita. Cū ad hunc modū ſecari nō liceat. Aut ergo miſtio
non eſt, aut quomodo fieri poſſit, ruſus eſt diſputandū.

Lxxxvii RES igitur partim effectiuæ ſunt, partim ab his pati poſſunt, ſed in qui
buſdā reciprocatio eſt, et inter ſe efficiunt, patiunturq; uiciſſim. nempe
quarum materia eadem eſt. aliæ uero efficiunt, non etiam patiuntur.
quarum uidelicet materia non eſt eadem. Hæ igitur in miſtionem
coire nequeunt. Neq; enim medendi ars miſta cum corporibus ſanita/
tem efficit, neq; ſanitas cū corporibus temperatur.

Lxxxviii PORRO quæ efficere, et pati idonea, diuiſioni ſunt opportuna, ea ſi
multa paucis, aut magna paruis cōmitantur, miſtionem non efficiant,
incrementum efficiant, eius, quod uictor euaſerit. In uictorem tranſe/
unte altero. Verbi cauſa gutta uini numeroſis aquæ amphoris non mi
ſcetur, cū ſoluatur ſpecies, et in omnē aquā mutetur.

Lxxxix AT cū uiribus paria quodam modo ſunt, tunc uero utrunq; e ſua na/
tura tranſit quidem in uictorem. non tamen alterum efficitur. Sed me/
dium et commune. ut intelligatur efficientium ea demum miſceti apta
eſſe, quæ contrarietatē habēt. Hæc enim uiciſſim inter ſe pati poſſunt.
parua itē paruis appoſita magis miſcentur. qppe quæ facilius, citiuſq;
nter ſe mutantur. Multum uero a multo ſero mutatur. quare diuidu-
orum, et paſſiuorum terminatu facilia admiſcendum ſunt apta. quia fa
cile in parua ſecantur. hoc enim eſt eſſe facile terminabile. Verbi cauſa
corporum humida miſceri aptiſſima ſunt, quia diuiduorum humidū
facillime terminatur. niſi ſi uiſcoſum eſt. Hæc enim maiorem et ampli-
orem molem efficiunt. Cum uero alterum modo paſſiuum eſt, aut cū
alterum uehementer, alterum leniter pati aptum eſt, quod ex eis conſla
tur, aut nihilo, aut paulo plus eſt. quod in ſtāno et ære uſu uenit.

xC QVAEdam enim ancipitis inter ſe, ac dubiæ naturæ ſunt. Videtur. n.
quodam modo leniter miſcibilia, et tanq̄ alterum ſuſceptiuum, alterum
ſpecies. quod in his contingit. Stānum enim ceu ſit affectio æris abſq;
materia, paulo minus euaneſcit, et cum miſtum eſt, perit. profugumq;
colore tantū inficit. quod ipſum in aliis quoq; rebus accidit.

C ESSE igitur miſtionem, et quid, et quāobrem ſit, et quæ res miſceri ua
leant, ex dictis ſatis declaratur. Sunt enim talia quædam, qualia quæ in

ter ſe uiciſſim pati, et facile tum terminari, tum diuidi apta ſunt. Hæc enim cum miſcentur, nec ut pereāt eſt neceſſe, nec ut eadem ſimpliciter ſint nec ut horum miſtio ſit compoſitio, nec ad ſenſum. Sed miſcibile eſt. quod facile terminatum, paſſiuum eſt, et effectiuum, et tali miſceri poteſt. Miſcibile nanq; ad equiuocum dicitur. Miſtio uero eſt miſcibilium alteratorum unio.

FINIS LIBRI PRIORIS DE ORTV ET INTERITV.

ARISTOTELIS DE GNERATIONE ET INTERITV LIBER POSTERIOR EODEM INTERPRETE

i ISTIO igiꝶ et tactus, facere itē et pati quo mō iis adſūt, quæ
m ꝑ naturā mutāꝶ, expoſuimus. Ad hæc ortus et īteritus ſimplex
quo mō et quā ob cām fiat, et cuius ſit, qd ꝑterea ſit alterabile,
et diſcrimina ſingulorū explicauimus. Reliquū ē, ut de uocatis corporū
elemētis diſputemus. Cūctis .n. ſubſtātiis natura cōſtitutis neq; ortus, ne
ii q; īteritus abſq; corporibꝰ ſenſibilibus cōſtat. SEd horū ſubiectā mate
riā alii unā eſſe aiūt, ut q aerē, aut ignē, aut qdpiā horū mediū, quod ſit
corpus, et ſeparabile, materiā eē ſtatuūt. Alii uero plures. q partim ignē
et terrā materiā eſſe aiūt. Partim his aerē tertiū adiiciūt. ſunt et q aquā
apponāt quartā. ut Empedocles. qbus cōcernedis diſcernēdiſq; aut al/
terādis ortū et īteritū rebus aiūt accidere. ILlud aūt ꝑ cōfeſſo maneat,
iii prima quæq; recte principia et elemēta uocari. ex qbus cōcretione et di/
ſcretione, aut alia uiciſſitudine uariatis ortus et interitus exiſtat. At q ꝑ/
ter ea, quæ cōmemorauimus unā materiā faciūt, eāq; corporeā et ſepara
bilē, ii tota errāt uia. Hoc .n. corpus cū ſit ſenſibile neqt eē abſq; cōtra/
rietate. Cū ſit neceſſe hoc īfinitū, qđ qdā principiū eſſe aiūt, leue ſit, aut
iiii graue, frigidū uel calidū. NAM quod in Timæo ſcriptū eſt, id qdē de
finiti nihil habet. Neq; .n. explicaꝶ utrū illđ cūctiexcipiū (ut ita lc quar)
ſeparatū ſit ab elementis. Atq; ille nullo utiꝶ. ꝑfatus ut aurū opiꝶ us au/
reis, ſic uocatis elemētis ſubiectū eē. Qđ ſane ꝑperā, ad hūc qdē modū
tradiꝶ. Nā quæ alterāꝶ ea de iis ex qbus facta ſunt, dici poſſunt, q̄ ori/
unꝶ, et intercidūt nō poſſūt. At is aurū ſingula lōge ueriſſime nūcupari
v ait. CAEterū etſi elemēta ſolida ſunt, reſolutionē tamē uſq; ad pla/
vi na facit. cū fieri tamē nequeat, ut materia prima ſit ipſa plana. NOS
uero ita ſentimus, eſſe quādā ſenſibiliū. corporū materiā. Sed hāc nec ſe
cerni poſſe, et ſemꝑ eē cū oppoſitiōe, ex qua fiūt uocata elemēta. De q/
bus rebus etſi alio in loco exactius eſt a nobis diſputatum, tamen quo/
niam ad hunc modum prima corpora ex materia fiūt, de iiſdem nobis
eſt etiam nunc diſſerendum. Statuentibus principium, ac primum eſſe
materiā inſeparabilē illā quidē, ſed oppoſitis tamen ſubiectā. Neq; .n.
calidū frigido, nec rurſus hoc illi materia eſt. Sed ſubiectū utriq;. Ita pri
mo corpus facultate ſenſibile principiū eſt. Secūdo cōtrarietates. Verbi
cā, frigiditas et caliditas. Tertio ignis ſimul, et aqua, cæteraq; id genus.
Hæc .n. uiciſſim alterū in alterū trāſeūt. Nō ue Empedocles et alii tra/
dant; Tunc .n. nulla eſſet alteratio. At oppoſitiones altera in alteram

non mutant. Nihilominus tamen ut corporis qualia et quot ſunt principia differendũ eſt. Alii.n.his poſitis utuntur, cur tales et tot ſint cãm reticẽtes. ERgo quoniã ſenſibilis, hoc ẽ tractabilis corporis principia inueſtigamus, eſtq́ tractabile, cuius ſenſus tactus eſt, ſatis intelligit̃ nõ ab oĩbus cõtrarietatibus corporis ſpẽs et principia fieri, ſed ab iis dũtaxat, que pertinẽt ad tactũ. Differũt.n.nõ modo per cõtrarietatẽ, ſed ẽt per tractabilẽ cõtrarietatẽ. Neq́ enim albedo et nigredo, nec dulcedo et amaritudo, nec ulla deniq́ alia ſenſibiliũ cõtrarietatẽ, elementum facit. Nã etſi uiſus prior eſt tactu, ac proinde ſubiectũ quoq́ prius exiſtit, nõ tamen eſt corporis tractabilis, qua eſt tractabile, ſed alia ratione, licet for taſſe natura prius ſit. vii

SED primũ quæ ſint ipſorũ tractabiliũ prima diſcrimina, et oppoſitiones, diſputare cõuenit. Cõtrarietates igit̃, quæ ad tactũ pertinẽt, hæ ſunt calidũ et frigidũ, ſiccũ et humidũ, graue et leue, durũ et molle, uiſcoſum et friabile, aſperũ et lene, craſſum et ſubtile. quã quam horum graue et leue nõ ſunt neq́ effectiua, neq́ paſſiua. quippe quæ nõ idcirco dicũtur, quod uel q̃dq̃ aliud efficiãt, uel ab alio patiat̃. viii

AT elementa effectiua inter ſe et uiciſſim paſſiua ſint oportet, ut pote quæ interſe miſcẽtur et cõmutant̃. Calidũ uero et frigidũ, ſiccũ et humidũ ita dicũt̃, altera quoniã ut efficiãt, altera quoniã, ut patiant̃ apta ſunt. Eſt.n.calidũ, quod cognata cõcernit. Nam ſecretio, quæ igni tribuitur, cõcretio eſt eorũ, quæ eiuſdẽ generis ſunt, accidit.n.aliena ſe iungere. frigidũ, quod ſimiliter cogit cõcernitq́ tũ cognata, tũ ẽt quæ genere diſcrepãt. Humidũ quod facile quidẽ, ſed nõ proprio termino definitur. ſiccũ, quod ægre alioquin terminabile, finibus ꝓpriis terminat̃. ix

SVBtile craſſum, uiſcoſum et friabile, durum, et molle et cætera diſcrimina ab his proficiſcũtur. Nam quod replere aptũ eſt ad humidũ refertur. quia nec terminat̃ et terminari facile põt, ſeq̃t̃q́ quodcũq́ duxerit id, a quo tangit̃. Porro ſubtile replere aptũ eſt, ob partiũ tenuitatẽ. quæ tenuitas, quia totũ tangit totũ, ad replendũ eſt idonea. Cũ igit̃ ſubtile maxime tale ſit, dubitari nõ põt, q̃ ſubtile ad humidũ referat̃, craſſum ad ſiccũ, rurſuſq́ uiſcoſum ad humidũ. x

EST.n.uiſcoſum humidũ aliqua re affectũ, ut oleũ. xi

TVM friabile ad ſiccũ. Friabile nãq́ ꝑſus ſiccũ ẽ, adeo ut humore deſtituẽte cõcreuerit. xii

MOLle itẽ ad humidũ, durũ ad ſiccũ. Nã molle ẽ, quod cedit in ſe, nec, ut humidũ, trãſponit̃. Ita nõ humidũ molle eſt, ſed molle ad humidũ refert̃. ut durũ ad ſiccum. xiii

EST.n.durũ quod cõcretũ eſt. cõcretũ porro ſiccũ eſt. Dicit̃ aũt multifariã tũ ſiccũ, tũ ẽt humidũ. Nã ſicco nõ humidũ tãtũ, ſed madidũ ẽt xiiii

At

4 morteo[?] idẽ in principio

opponiẽ. Rurſus humido tũ ſiccũ, tũ cõcretũ oppoſita ſunt. Sed hæc
oĩa ad humidũ et ſiccũ prima nuucupata referunẽ. quia ſiccũ opponiẽ
madido. Eſt aũt madidũ, quod in ſũmo alienã habet humiditatẽ, hu-
mectũ, quod penitus et in profundo, ſiccũ uero, quod hac humiditate
uacat. ut nullũ dubiũ relinquanẽ, madidũ ad humidũ, ſiccũ obiectum
xv madido, ad primũ ſiccũ eſſe referẽda. RVRſus humidũ et cõcretũ eo-
dẽ modo. Nã humidũ eſt, quod propriã humiditatẽ haber in profun-
do, cõcretũ, quod tali humiditate caret, quare illud ad humidũ, hoc ad
ſiccũ referri cõuenit. ut dubiũ nõ ſit cæteras, oẽs differẽtias ad quatuor
primas eſſe redigendas. has nõ itẽ in pauciores. Neq;. n. calidũ hoc eſt,
quod aut humidũ, aut ſiccũ. Nec humidũ hoc, quod uel calidũ uel fri-
gidũ. Nec frigidũ et ſiccũ, alterũ alteri inter ipſa, aut calido humido ue
xvi ſubiiciuntur. Itaq; neceſſariũ eſt, has differẽtias eſſe quattuor. SED
quoniã elementa quattuor ſunt, et ex quattuor ſex oĩo paria exiſtunt, 4 meteorũ
nec cõtraria ſunt apta copulari (nihil. n. calidũ et idẽ frigidũ, nec rurſus
ſiccũ idẽq; humidũ eſſe põt.) haud dubie elementorũ paria quattuor
erunt, calidi et ſicci, calidi et humidi, ac rurſus frigidi et ſicci, frigidi et
humidi, quattuor corpora, quæ ſimplicia eſſe uidenẽ, ſecundũ rationẽ
ſecutæ. i. ignẽ, aerẽ, aquã et terrã. Ignis. n. calidus eſt et ſiccus. aer calidus
et humidus. quippe qui uapori ſimilis eſt. Porro aqũa frigida et humi-
da, terra frigida et ſicca. ut merito differentiæ primis corporibus deſtri-
xvii buanẽ, et eorũ numerus rationi cõſentiat. OMnes. n. ii ẽt qui corpo-
ra ſimplicia elemẽta faciũt, alii unũ, alii duo, qdã tria eſſe cõminiſcunẽ.
v ſunt et q quattuor. Qui ergo cũ unũ tãtũ eẽ dicãt, dẽſatione præterea
et rarefactione cætera generant, iis duo principia hoc eſt rarũ, et dẽſum
facere uſu uenit. aut certe calidũ et frigidũ. Hæc. n. artifices eẽ aiũt, unũ
xviii quaſi materiã ſubiici. QVI uero ſtatim duo faciũt. i. ignẽ et terrã, ut
Parmenides, ii aerẽ et aquã, quæ media ſunt, ex his aiunt tẽperari.
xix NEC aliter q tria eſſe prodũt, ut in partitionibus Plato. qui quod me-
diũ eſt, tẽperamentũ eſſe facit. Atq; hæc qdẽ fere ſunt, quæ tradunẽ. tũ
ab hiis q duo, tũ ab his q tria elemẽta faciunt. Niſi quod illi mediũ in
duo partiunẽ, hi unũ tãtũ eẽ fingũt. Quidã ꝓtinus quattuor eſſe affir-
mãt, ut Empedocles. q tamẽ ĩ duo cogit, cætera cũcta igni opponẽdo.
xx VErũ ignis et aer, et quæ diximus ſingula miſta nõ ſimplicia ſunt. Nã
ſimplicia ſũt illa qdẽ his ſimilia, ſed nõ hæc ipſa ſũt. Illud. n. quod ignẽ
æmulaẽ, igneũ ẽ nõ ignis. qđ aerẽ, aereũ. nec ẽ cæterorũ diſſimilis rõ.
xxi QVOniam ignis caloris eſt exceſſus, ut frigoris gla. i. s. Congelatio. n. ꝑ meteor cap 2
et æſtus exceſſus quidã ſunt, altera frigoris, caloris alter. Si ergo glacies

eſt humidi et frigidi gelatio, nempe ignis calidi et ſicci, æſtus erit. quo-
circa neq; ex glacie neq; ex igne quidq̃ generatur. CVM ergo corpo xxii
ra ſimplicia quatuor ſint, bina ſunt utriuſq; loci. ignis et aer uergentis
ad terminũ, terra et aqua medium ſpectãtis. Ignis et terra extrema ſunt
et maxime ſyncera . aqua et aer media et temperatiora. Sunt præterea
utraq; alteris oppoſita. Quippe aqua igni eſt cõtraria. terra opponitur
aeri. Nempe quia hæc expugnantibus affectionibus conſtant.

VERVM ſimpliciter cũ quattuor ſint, ad ſingulas affectiones ſingula xxiii
referunt. Terra.n. ſiccitatẽ, q̃ frigiditatẽ magis attingit. Aqua frigidi-
tatẽ, q̃ humiditatẽ. Aer humiditatẽ, q̃ calorẽ. Ignis calorẽ, quã ſiccitatẽ.

SED quoniã diximus corpora ſimplicia ex ſe uiciſſim generari, id qđ xxiiii
ſenſu quoq; percipitur (nõ futura alioquin alteratione, cũ ſit alteratio
ſecundũ tractabiliũ affectiones) operæ preciũ eſt huiuſmodi uiciſſitudi
nis rationẽ explicare, et utrũ oẽ elementũ ex omni generari queat, an
quædã inter ſe generare uiciſſim poſſint, quædã nõ poſſint. Cũcta igit
alterũ in alterũ uiciſſim haud dubie tranſire poſſunt. Nã generatio in
contraria fit, et ex cõtrariis. Elementa porro cuncta mutuã contrarieta
tem habent, quia differentiæ oppoſitæ ſunt. Aliis.n. ambæ differentiæ
oppoſitæ adſunt. ut igni et aquæ. quorũ alter ſiccus eſt et calidus, alte
ra humida et frigida. Aliis altera tantũ, ut aeri et aquæ. Ille.n. humidus
eſt et calidus, aqua frigida et humida. ut nõ ſit dubitabile, ĩ uniuerſum
omne ex omni aptũ eſſe generari. quod ut fiat in ſingulis notare non
eſt factu difficile. Cuncta.n. ex cunctis fieri deprehenduntur.

SED intereſt, quod alia aliis celerius Lẽtius ue, item facilius aut ægrius xxv
cõmutant. Nã quæ aliquod inter ſe cõmerciũ habẽt, horũ cõmutatio
celeris eſt. quæ nõ habent, horũ lenta. quia unũ, q̃ multa facilius factu
eſt cõmutari. ut exẽpli cauſa ex igne aer fiet, igne celerius mutato. Alter
n. calidus erat et ſicus, alter calidus et humidus. quare ſi humido ſiccũ
in pugna ſuccubuerit, aer exiſtet. Rurſus aqua fiet ex aere, ſi frigus calo
rem debellauerit. Erat enim ille humidus et calidus, hæc frigida et hu-
mida. Itaq; mutatione calidi aqua fiet, ac eodem modo ex aqua terra, et
ex terra ignis fit. utrũq; enim cum altero ſocietatem habet. quoniam
aqua humida eſt et frigida, terra frigida et ſicca. prorſus ut humiditate
ſubacta, terra ſit futura. Iterum cum ignis et ſiccus ſit, et calidus, terra fri
gida et ſicca, ſi frigiditatem ſubſtuleris, fiet ex terra ignis. ut non ſit du-
bitabile, generationem corporis ſimplicibus in orbem ire. Sed proxi-
ma quæq; propter ipſorum commercium facillime commutari.

NAM

xxvi NAM ex igne aqua, ex aere terra. rurſuſq; ex aqua et terra, aer et ignis generari quidē poſſunt, ſed quia plura mutantur, longe difficilius. Sig dē ut ignis ex aqua efficiatur, frigidū, et humidū aboleātur neceſſe eſt. Rurſus ut aer ex terra, frigidū et ſiccū faceſſant. ſimilis eſt ratio aquæ et terræ ex igne et aere generādæ. Vtrūq;.n. debet cōmutari. ut intelligat hanc generationē diuturniorē eſſe.

xxvii QVOD ſi utriuſq; altera deleatur affectio, facilius quidē mutabuntur, at nō erit alterius in alterū mutuus tranſitus. Sed ex igne et aqua terra prodibit, et aer. Ex aere et terra ignis et aqua. Nā ſimul aqua frigiditatem amiſerit, ignis ſiccitatē, aer exibit. Huius.n. calor, illius perinde humiditas relinquitur. Sin aūt ignis calore orbetur, aqua humiditate, quoniā ignis ſiccitas, aquæ frigida ſupereſt, terra euadet. Ad eundē modū ignis et aqua ex aere et terra fiunt. Sublato.n. aeris calore, terræ ſiccitate, aqua fient. Illius.n. humiditas huius frigiditas relinquūtur. Nā ſi aeris humiditas, terræ frigiditas excludātur, quoniā alterius calor, alterius ſiccitas, quæ ad ignē pertinent, pugnæ ſuperſunt, ignis euadat.

xxviii EST aūt ignis generatio ſenſu quoq; indubitata. Flāma.n. maxime ignis eſt. Flamā uero fumum incenſum eſſe definimus. qui fumus ex aere conſtat et terra. li 2 meteor Cap. 2 de flama

xxix AT in iis quæ proxima inter ſe ſunt, ſi altera affectio in utroq; aboleatur elementorum, tranſitus in nullum corpus fieri poteſt. quippe cum in ambobus uel eadem uel contrariæ relinquantur. ex neutris aūt corpus effici poteſt. ut ſi ignis ſiccitas aeris humiditas aboleātur, calor ſuperſit. Sint aūt utriuſq; calor, pugnantes relinquātur. ideſt ſiccitas et humiditas. Cui ſimilis eſt aliorum ratio. Nam in cunctis talibus altera eadem, altera oppoſita ineſt. quo ſimul aperitur, quæ unum in unum mutātur, hæc affectione una deleta generari. quæ ex duobus in unū, ea pluribus abolitis gigni.

xxx AC ex omni quidem cuncta generari et quomodo alterum tranſeat in alterum explicauimus.

xxxi SVPERſunt tamen ēt nunc aliqua de ipſis conſyderanda. Nam ſi aqua, et aer, cæteraq; id genus, ſunt (ut quibuſdā placuit) corporū naturalium materia, eā unū, uel duo, uel plura ſint oportet. Vt omnia igitur unum ſint, uerbi cauſa aer, uel aqua, uel ignis, uel terra fieri non poteſt. Siquidem mutatio fit in contraria. Si enim aer ſit, maneatq;, alteratio exiſtat, non generatio. Præterea hoc modo uidetur aquam et aerem ſimul eſſe, uel aliud quod uis. Eſt ergo oppoſitio quædam et differētia, cuius alteram partē ignis habebit uerbi cauſa calorem. At non erit ignis aer calidus. Nam præter q̄ q; non ita uidetur, hoc alteratio eſſet. Ad hæc ſi ex igne rurſus aer gei

neretur, calore in cōtrariū mutato, generabitur. Aderit igitur hoc aeri, eritq; aer frigidum quiddã. Ita ignis eſſe aer calidus nō poteſt. Eſſet.n. calidum ſimul, et frigidum. præter ambo igitur aliud quidpiam idem erit, et aliqua alia cōmunis materia. Eadem cunctorum eſt ratio. nullū eſſe iſtorum unum ex quo generentur omnia. SED nec aliud quiddã xxxui
ab his ceu mediū aeris et aquæ, uel aeris et ignis. quod aere et igne craſſius, cæteris ſubtilius ſit. Illud.n. aer eēt, et ignis cū oppoſitione. Oppoſitorum aūt alterum priuatio eſt. quo circa illud nunq̃ ſolum eſſe pōt. ut quidam aiunt, infinitum et complectens. Similiter ergo horū quodq;, aut nihilo magis aer, q̃ ignis. ITAq; ſi nihil ſenſibile his prius ſit, xxxiii
hæc omnia eſſe poſſint. Neceſſe eſt igitur aut ſemper maneant, nec in ſe uiciſſim mutentur, uel contra, ut mutentur. Itē uel omnia uel aliqua, et aliqua ſecus. ut in Timæo Plato ſcriptū reliquit. ERgo in ſe uiciſſim neceſſario cōmutari, ſed nō pari cūcta celeritate, ſupra demōſtrauimus. xxxiiii
Nam quibus aliquod eſt cōmertium, ea citius alterum ex altero fiunt. Lentius, quibus nullum. Ita ſi una eſt oppoſitio, per quã elementa mutantur, duo ſint oportet elemēta. Materia.n. inſenſibilis, et inſeparabilis medium exiſtit. Sed quoniam plura eſſe cernuntur, duæ minimum oppoſitiones erunt. Porro ſi duæ ſunt oppoſitiones, elementa tria eſſe nō poſſunt, ut perſpicitur, ſed quatuor. tot.n. paria ſunt. Nam cū ſint paria ſex, duo, quia pugnāt inter ſe, fieri nequeunt. Verū de his ſupra diſſeruimus. SED quoniã elementa alterū in alterū mutantur, ex his palã ſit, nullū neq; in extremo, neq; in medio ipſorū principiū eſſe poſſe. xxxv
Nam ſi in extremis ſit, cuncta ignis erūt, aut terra. Nec intereſt ex igne, an ex terra omnia conſtare dicas. Sed nec mediū pōt eſſe principiū. ut quibuſdã uiſum eſt. Aerem mutari et in ignē et in aquã, extrema nō itē in extrema tranſire. Stet.n. oportet, nec ſine fine. id utroq; recte progrediatur. futuris alioquin in uno cōtrarietatibus innumeris. Sit.n. terra r. humor.h. Aer.a. ignis.i. Si ergo.a. mutatur in.i. et oppoſitio erit ipſorū.a.i. ſint hæc albedo et nigredo. Rurſus ſi.a. mutatur in.h. alia erit oppoſitio. neq; enim ſunt idē.h.et.i. Sint aūt ſiccitas et humiditas.x. ſiccitas.z. humiditas. ſi ergo albedo manet aqua humida erit et alba. ſin minus, aqua nigra erit. cum mutatio fiat in cōtraria. Itaq; neceſſe eſt, aqua alba ſit uel nigra. Sit aūt prius, pari ergo ratione dicto.i. aderit ſiccitas.x. appellata. Ergo.i. ignis mutabitur in aquã. oppoſita.n. adſunt. Nam primum ignis niger erat, deinde ſiccus, aqua humida, deinde alba. Nō eſt igitur dubitabile, mutationē cunctis mutuã inter ipſa fore, et in

bis

his reliqua etiam duo ſocia nigrũ et humidũ.t.terræ affutura. Hæc.n.
xxxvi nõ fuerunt aliquo pacto copulata. IAM uero fieri nõ poſſe, ut in in/
finitũ procedat, quod demõſtraturi huc prius defleximus, ex his planũ
fiet. Nam ſi rurſus.i.ignis in aliud mutatur, nec reflectitur, Verbi cauſa,
in.s.alia oppoſitio a dictis aderit igni, et dicto.s.qa nec.t.nec.h.nec.a.
nec.i. ſubiicit ipſum.s. Ergo.i.appellato adſit.k.dicto aũt.s.adſit.f.
k.aderit omnibus his.t.h.a.i.quippe quæ in ſe uiciſſim mutantur. q̃q̃
hoc demonſtratũ non dũ eſt.illud certe patet, ſi rurſus.s.in aliud mute
tur, aliã oppoſitionẽ dicto.s.affuturã, et.i.igni. et ſemper cum appoſito
aliquã prioribus oppoſitionẽ fore. Ita ſi hæc innumera ſunt, oppoſitio/
nes quoq; innumeræ uni aderunt. et tunc nihil nec terminari, nec gi/
gni licebit. ut.n.aliud fiat ex alio, tot oppoſitiones oportebit obire. et
item plures. Prorſus ut in aliqua nõ ſit futura mutatio. nempe ſi media
innumera ſunt. quod utiq; neceſſe eſt, ſi innumera ſunt elementa. Sed
neq; ex aere in ignẽ. Siquidẽ oppoſitiones eſſent infinite. Quin omnia
unũ fiunt. quippe neceſſe eſt, quæ ſub.i.ſunt, iis omnes oppoſitiones ſu
periorũ adſint, his uero omnes inferiorũ.
xxxvii ITAq; omnia unum erunt. Sed miretur aliquis, qui Empedoclem ſe/
cuti plura q̃ unum eſſe corporum elementa ſic ſtatuunt, ut tamen in
ſe uiciſſim ipſa mutari negent, hi quomodo tueri ualeant elemẽtorum
comparationem. Sic enim Empedocles ait. Hæc hanq; omnia paria
ſunt. Si ergo quantitate paria ſunt, aliquid idem cunctis cõparatis adſit
oportet, quo menſurentur, ut ſi ex uno Aquæ ſextario Aeris decem effi
cerentur. ambo igitur idem ſunt, ſi eodem menſurantur. Sin minus ſic
conferri poſſunt per quantum, ut quantum ex quãto, ſed quia uires ha
bent, ut ſi aquæ Sextariũ æque, ac decẽ Aeris poſſit refrigerare, et ſic per
quãtũ nõ ratione quãti, ſed uirtutis cõparari apta ſunt, licebit uires nõ
quantitatis menſura, ſed proportione comparare. Verbi cauſa, ut hoc
calidum eſt, ſic illud album. At illud ut hoc, ſimile in quali ſignificat,
æquale in quanto. abſurdum igitur uidetur corpora, quæ commutari
inepta ſunt, nõ proportione eſſe comparabilia, ſed facultatũ menſura,
xxxviii et quia tantũ ignis, et multo plus aeris æque calidũ eſt, uel ſimile. Nam
ipſum plus, quia cognatũ eſt, talem habebit rationem. SED ne auctio
quidẽ per Empedoclem alia eſſet, q̃ quæ per acceſſionem fit. qui ſic ait,
ignis augeſcit igni, et terra ſuũ genus, æther auget æthera. Hæc aũt ac/
ceſſio quædã eſt. nec quæ augeſcũt, ad hunc modũ uidẽtur augeſcere.

CAEterū generationis naturalis rationem reddere longe difficilius eſt. xxxix
quoniam quæ natura gignuntur, ea cuncta ſic aut ſemper, aut certe ma
gna ex parte generantur. Nam quæ nec ſemper, nec magna ex parte,
hæc caſu, et fortuitu eueniūt. Quid eſt igitur in cauſa, ut ſemp, uel ma/
gna ex parte homo ex homine, ex tritico triticum, non oliua naſcatur.
VEL ſi os ad hunc modū componatur. cū non temere coeuntibus ele/ xL
mentis, quidq̄, ut ille ait generetur, ſed aliqua ratione. Horū igitur qd
eſt in cauſa? neqꝫ enim ignis, aut terra cauſa eſt.
SED ne amicitia quidem, et diſcordia quarum altera concretionis tan/ xLi
tum cauſa eſt, altera ſecretionis. Hoc autem eſt cuiuſqꝫ ſubſtantia, non
ſolum miſtio, et miſtorum diſpoſitio. ut ille inquit. Sed appellatur in
his fortuna, non ratio. q̄q̄ nihil prohibet temere factam fuiſſe miſtio/
nem. Nā rerum naturaliū cauſa eſt, rem ſic ſe habere. et hæc eſt cuiuſqꝫ
natura. de qua Empedocles cū nihil dicat, nihil dicit de natura. At hoc
eſt bene ſe habere, et bonum. Ille tamen ſolam miſtionē cōmendat. q̄q̄
elementa, quæ natura deo priora ſunt, nam et ipſa dii ſunt, ab amicitia,
non a diſcordia ſecernuntur. QVIN etiam de motu ſimpliciter dicit, xLii
neqꝫ enim dicere ſatis eſt, cur amicitia et diſcordia moueat, niſi hoc ſit
eſſe amicitiæ, tali motu moueri, diſcordiæ tali. Definire igitur oportuit,
ponere, aut demōſtrare. idqꝫ uel accurate et ſcrupuloſe, uel certe leniter,
et craſſe minerua. IAM uero quoniam corpora ui prætereaqꝫ naturam, xLiii
et ſecundum eam moueri uidentur, uerbi cauſa ignis ſurſum citra uio
lentiam tendit, idem per uim deorſum fertur, cū motui uiolento natu/
ralis opponatur, liceatqꝫ p uim moueri, nempe natura quoqꝫ moueri
licet. Verū igitur amicitia hunc motum mouet, an ſecus? Nam terram
deorſum ferri contrarium, et ſecretioni ſimile uidetur. et perinde diſcor
dia potius, q̄ amicitia motus naturalis cauſa eſt. ut intelligatur, omnino,
amicitiam potius præter naturā eſſe. quod niſi uel amicitia, uel diſcor/
dia moueat, nulla ſit omnino ipſorum corporū, nec motio nec quies.
quod quidem abſurdū eſt. PRAEterea moueri cernuntur. diſcordia xLiiii
nāqꝫ ſe cernebat, æther autem ſurſum latus eſt. non a diſcordia. q̄q̄ in/
terdum fortunā cauſatur. ut cū ait, ſic currens tunc incidit, ſæpe tamen
aliter. quandoqꝫ ignem natura ſurſum ferri aptum eſſe dicit. AEther
inquit longis radicibus terram ſubit. Illud quoqꝫ addit, mundum per/
inde ſe nūc habere in diſcordia, ac prius in amicitia. Princeps ergo mo/
tor, et mouendi cauſa quid eſt? Nam neqꝫ amicitia, nec diſcordia eſſe in/
telligitur.

telligitur. Sed cuiuſdã motus hæ cauſæ ſunt. quod ſi eſt, illud eſt principium. IAM illud longe alienum eſt, animam ex elemẽtis conſtare, aut unum aliquod elemẽtum eſſe. Nam quomodo animæ alterationes erunt? ut ſit uerbi cauſa muſicus quiſpiã, rurſusq; auerſus a muſis. Memoria quoq; et obliuio exemplo eſſe poſſunt. Neq; enim dubitari po-
xLv teſt, ſi anima ignis ſit, quin omnes affectiones, quæ in igne, qua ignis eſt, habentur, eidem ſint affuturæ. Rurſus ſiquid ea miſtum exiſtat, affectiones corporales habituram certum eſt. cum tamen harum nulla ſit corporalis. Sed hæc alia quæſtio eſt.
xLvi QVOD pertinet ad elementa, quibus corpora conſtituunt, qui aliquid eis eſſe cõmune putant, uel ipſa in ſe uiciſſim mutari, hi cũ alterũ profitentur, alterũ fateri cõuincuntur. qui uero mutuã ipſorũ generationẽ, et ex ſingulis generari negant, præterq̃ ut ex pariete lateres, in magnos ii errores incidunt. Nã quomodo caro et oſſa et cæterorũ quodq; ex illis efficietur? Sed neq; iis qui mutuã generationẽ confitentur, eſt in expedito modum reddere, quo ex elementis aliquid diuerſum ab ipſis gignitur. Nam ſi aqua uerbi gratia, ex igne generatur, rurſusq; ex aqua fit ignis, commune ſubiectum eſt in cauſa. At caro et medulla cum ex ipſis fiant, quomodo generantur? Certe qui Empedocli aſtipulantur, ii quem modum reddere ualeant, non uideo. Cum ſit neceſſe compoſitionem eſſe, qualis parietis, qui ex lateribus, et lapidibus conſtat. Atq; hæc miſtio ſaluis elementis, minutim modo inter ipſa collocatis fiet. et
xLvii ad hunc modum caro, et cæterorũ quodq; generabitur. SED ignem, et aquam non ex quacunq; parte carnis generari accidit. quem admodum ex una ceræ parte globus, ex altera exprimitur meta. At poterat ex utraq; parte utraq; exprimi figura. hoc igitur ad hunc modũ efficitur, ex quacũq; parte ambo fiãt. quæ res illorũ decretis refragatur. Nã ut lapis, et later alius ex alio loco, aliaq; parte parietis prodit, ſic elemẽta iſta
xLviii generari fateantur neceſſe eſt. NEC aliter qui elementorũ unam putant eſſe materiam, illa quæſtione hærent, quomodo ex ambobus aliquid fiat. Exempli gratia ex frigido et calido, uel ex igne et terra. Nam ſi ex utroq; caro conſtat, nec illorum alterum eſt, neq; rurſus ſit, illis in compoſitione conſeruatis, quid ſupereſt niſi materiam eſſe, quod ex illis exiſtit? Quandoquidem interitus alterutrius uel alterum efficit, uel materiã. quia ergo magis minuſq; tũ calidũ, tum frigidum eſt, cũ alterũ uerit ſimpliciter actu, alterum erit potẽtia. Cum uero ſimpliciter ſecus,

Sed calidũ ut frigidũ, frigidũ ut calidũ, quia quæ miſcẽtur alterum alte
rius exceſſus cohibẽt, tunc demũ nec materia exiſtet, nec oppoſitorum
utrũq; actu ſimpliciter erit, ſed mediũ. Cæterũ prout uirtute magis cali
dũ frigidum ue fuerit, uel ediuerſo, ita duplo, triplo ue aut alias calidius
erit, aut frigidius: fient aũt cætera ex oppoſitis, elementis ue, elemẽta ex
illis, quæ quodãmodo uirtute ſunt. neq; tamen ut materia, ſed ut expli
catũ eſt. Atq; hoc quidẽ modo miſtio, illo materia eſt, quod efficitur.
ſed quoniã oppoſita patiuntur, ut initio diſſeruimus. Nã quod actu ca
let, idẽ facultate friget. et quod actu friget, idẽ potentia calet, idcirco ni
ſi æquentur, alterũ in alterũ tranſit. Similiſq; aliorũ compoſitorũ rati
eſſe intelligitur. Ac primũ quidẽ elementa ad hunc modũ cõmutant.
porro caro et oſſa, et quæ ſunt eius generis, ex his fiunt. cũ calido frige
ſcente, caleſcente frigido, ad mediũ peruentũ eſt. quippe ubi neutrũ exi
ſtit, At ipſum mediũ latiſſime patet. tantũ abeſt, ut ſit indiuiduũ. Pari
ratione humidũ et ſiccũ, et talia per mediocritatẽ carnẽ, et oſſa, et cætera
ta id genus efficiunt. CONſtãt uero omnia miſta corpora, quæcũq; xLix
mediũ locũ obtinent, ex cunctis ſimplicibus. Terra .n. cunctis idcirco
adeſt, quia in ſuo quodq; loco maxime et plurimũ eſt. Aqua quoniã
compoſita definiri debent, et ſimpliciũ aqua ſola definiri eſt oportuna.
Accedit quod abſq; humore terra nõ ualet cõſiſtere. illa uero humorẽ
cõtinetur. ut pote quæ ſi humorẽ demas, tandẽ dilabat. Atq; hæ quidẽ
ſunt cauſæ, quare terra et aqua cõpoſitis adſunt. Aer uero et ignis, quia
terræ et aquæ oppoſita ſunt. Nã terra cũ aere pugnat. aqua igni cõtra
ria eſt. Utriq; qua licet ſubſtãriã ſubſtãtiæ cõtrariã eẽ. Cũ ergo generati
ones ex oppoſitis fiãt, adſitq; oppoſitorũ alterũ extremũ, alterũ quoq;
adſit, neceſſe eſt: quo fit, ut in ſingulis cõpoſitis oĩa ſimplicia cõtineant.
CUI rei ſingulorũ quoq; alimentũ teſtimonio eſſe uidet. oĩa .n. ex qui L
bus rebus cõſtant, iiſdẽ ipſis alunt. Aluntur aũt cuncta pluribus. Nã et
ſtirpes, quæ maxime ſolo humore ali uideri poſſunt, pluribus tamẽ nu
triunt. Aqua .n. cũ terra temperat. quo fit, ut agrorũ cultores miſcẽdo
irrigare curent. Sed quoniã alimentũ pertinet ad materiã, et quod nu
trit, cũ materia ſumptũ forma eſt, et ſpecies, idcirco ſimpliciũ corporũ,
quæ oĩa alterũ ex altero uiciſſim generãtur, optima ratione ſolus ignis
alitur. id quod prodidere priores. quippe cũ ignis tantũ, potiſſimum q;
ob aptitudinẽ, qua fert ad terminũ, ſpeciẽ attingat. porro ſingulis eſt a
natura tributũ, ut in ſuã quodq; regionẽ ferant. forma uero et ſpecies
omniũ in terminis ſunt. Ac ſingula quidẽ corpora ex cunctis ſimplici
bus cõſtare ſatis explicauimus. SED

LI SED quoniã nõnulla generari, eademq́ rurſus interire apta ſunt, eſtq́
in medio loco generatio, quot et quæ ſunt omnes generationis cauſæ
pari ratione dicere eſt operæ pretiũ. Nam cum primum de uniuerſis in
cõmune diſſeruerimus, facilior erit ſingulorum conſyderatio. Tot igit
cauſæ, eiuſdẽq́ generis ſunt in caducis rebus et mortalibus, atq́ in ſem-
piternis et primis. Eſt. n. una ceu materia, altera uelut forma, quibus ter
tiã quoq́ addere neceſſe eſt. Neq́. n. duæ generãdo ſufficiunt. ut ne in
primis quidem ſatis ſunt. Quod igitur eſſe et nõ eſſe poteſt, id genera-
bilibus quaſi materia cauſa eſt. Nam rerũ quædã neceſſario ſunt, ut ſem
piterna. quædam neceſſario non ſunt. Et ut illas non eſſe eſt impoſſibi
le, ſic fieri non poteſt, ut hæ ſint. cum res cõtra ſe habere nequeat, q̃ eſt
neceſſe. ſunt tamen alia, quæ et eſſe et non eſſe poſſunt, quæ ſunt et ge
nerabilia, et mortalia. quippe quæ modo ſunt, modo non ſunt. ut ſit
neceſſe, ortum et interitum circa id uerſari, quod ut eſſe, ſic non eſſe
ualet. quãobrẽ hoc uelut materia generabilibus cauſa eſt, forma uero
et ſpecies, quaſi id cuius gratia. Et hæc eſt cuiuſq́ ſubſtantia et ratio. b
LII CAEterum tertiam cauſam etiã num ad eſſe oportet, quam ut omnes
ſomniant, ſic explicat nemo. Alii. n. formarũ naturam cauſam eſſe tra-
dunt. quæ generationi ſufficiat. ut Socrates in Phædone. qui in cæte-
ros inuectus, quaſi nihil pro ſanis dixiſſent, illud ponit, rerum alias eſſe
formas, alias formarũ participes, et ſingulas, cũ eæ per formã eſſe dican-
tur, gigni concipiendo, interire per reiectionẽ. quæ ſi uera ſint, formas
tum ortus tũ interitus neceſſario cauſas eſſe. Alii ipſam materiã cauſam
eſſe putant, a qua motum proficiſci. Sed praua eſt utrorũq́ perſuaſio.
Nã ſi formæ cauſæ ſunt, cur cũ ſemper ſint et formæ et formarũ parti-
cipia, nõ ſemper ſine intermiſſu gignũt, ſed modo gignũt, modo uacãt
a generãdo. Accedit, quod in qbuſdã aliqd aliud cõſyderamus. quod
in cauſa eſt. Nã medicus ſanitatẽ, doctor ſciẽtiã ingenerat. cũ tamen et
ſanitas ipſa, et ſcientia et participia exiſtunt. Nec eſt diſſimilis cæterorũ
LIII ratio, quæ p facultatẽ agunt. AT ſiqs materiã p motũ generare aſſe-
rat, is q̃ ſic dicentes naturã magis attingat. Nã cũ generationis cauſam
alteranti potius, et figurã uarianti tribuitur, tum etiam in cunctis rebus
uel naturalibus, uel artificioſis, quod uirtutem habet mouendi, hoc effi
ciens appellare conſueuimus. Sed ne hi quidem recte opinantur. Nam
pati et moueri materiæ eſt. mouere et efficere ad alteram pertinet facul-
tatem. Declarant hoc opera tum artificioſa tum naturalia. Neq́ enim

ex ſe uel aquã ipſa animal gignit, nec lignum efficit lectum, ut qui ab
arte potius efficiatur. Ita iſti non ob hoc tantum perperam dicunt, ſed
quia eſſentiam rei formãq; tollentes, potiorem cauſam prætermittunt.
QVIN et corporibus reddunt generandi facultates, per quas nimium Liiii
inſtrumentaliter generant. cauſam formæ ſubmouentes. qui quod cali
dum ſe cernere, frigidum concernere aptũ ſit, et cætera ſingula partim
agere, idonea ſint, partim pati, idcirco alia cuncta ex his, et per hæc tum
gigni, tum aboleri affirmant. At ignis ipſe et moueri, et pati cernitur.
AD hæc iſti ſimili errore uerſantur, ac ſiquis ſerræ, et cuiq; inſtrumẽto Lv
rerũ efficiẽdarũ cauſam referant. quoniã ad ſerrãdũ ſerra neceſſaria eſt.
Leuigaculum ad leuigandum. Simili cæterorum ratione. Ita ſi conſyde
rant, quod ignis maxime et facit, et mouet; parum tamen perſpiciunt,
quomodo mouet, neq; intelligunt, peius mouere, q̃ inſtrumenta. At
nobis in uniuerſum de cauſis ſupra dictum eſt, et nunc de materia, et de
forma diſſeruimus. Iam uero quia motum lationis ſempiternum eſſe
demonſtrauimus, neceſſe eſt. his exiſtentibus, generationem quoq; per
petuam eſſe. Latio. n. admouendo, ſubmouendoq; id quod uirtutem
habet generandi, generationem continenter efficit. Simul aperitur, quæ
ſupra diximus, recte tradi. i. mutationum lationem eſſe primam, non
generationem. Vero nanq; longe ſimilius eſt. ens non enti cauſam eſſe
generationis, q̃ non ens enti, ut ſit. Quod autẽ fertur eſt, quod gigni
tur non eſt. quo circa latio generatione prior habetur.
CAETErum quia ponitur, et demonſtratum eſt rerum ortum et inte Lvi
ritum perpetuum eſſe, lationẽ cauſam eſſe generationis cenſentes, illud
quoq; aſſerimus, ſi una tantum ſit latio, fore cum inter ſe pugnent, ut
fieri ambo nequeant. idem nanq; et quod ſemper eodem ſe habet mo
do, idem efficere aptum eſt. Itaq; aut ſemper erit generatio, aut ſemper
interitus. Sed oportet plures eſſe motus, eoſdẽq; contrarios uel latione,
uel inæqualitate. Nam oppoſitorum oppoſitæ ſunt cauſæ. Quã obrẽ
non prima latio cauſa eſt naſcendi, et deficiendi, ſed ea quæ fit per circu
lum obliquũ. Cui non modo unũ continuũ adeſt, ſed etiã motus du
plex. quod quidẽ eſt neceſſarium. utiq; ſi ſemper ortus et interitus con
tinens eſt futurus. i. oportet motum eſſe ſempiternum, ne deficiant hæ
mutationes. duplicem, ne alterum tantũ eueniat. Latio igitur uniuerſi
perpetuitatis eſt cauſa, accedendi aũt et abeundi, obliquitas. Iam. n. lon
ge receditur, iam propius acceditur. Quod ſi interuallum inæquale ſit,

motus quoq; erit inæqualis. Ita ſi accedendo, et appropinquando generat, conſequens eſt, ut abeundo, et procul recedendo idem hoc interimat, et ſi ſæpe accedendo generat, ſæpe abeundo interimat.

Lvii NAM contrariorũ contrariæ ſunt cauſæ. Interitus quoq; et generatio naturalis par tempus ſortiuntur. quo fit, ut ſingulorũ tempora uitæq; numerum habeant. atq; hoc definiantur. Omniũ ſiquidem rerũ ordo conſtat, et omne tempus omniſq; uita ambitu menſuratur. licet nõ eodem omnes. Sed partim minore, partim maiore. his .n. annuus ambitus pro menſura eſt, aliis anno maior. ſunt quibus minor.

Lviii QVIN et rationibus noſtris argumenta ſenſus uidentur cõſentire. Accedente .n. ſole generationem, abeunte diminutionem, et pari utrũq; tẽpore fieri notamus. Interitus .n. et generationis naturalis par tẽpus eſt. Quanq̃ interitus minore ſubinde tempore ingruit ob mutuã cõmiſtionem. Nã cũ materia inæqualis, nec eadẽ ubiq; ſit, generationes quoq; inæquales neceſſario erũt. aliæq; aliis celeriores, aut uiciſſim tardiores. Ita fit, ut his orientibus, illa occidant. Erunt ante, ut dixi, generationes et interitus ſemper continentes, nunq̃ prædicta cauſa defuturi.

Lix ET merito. Naturã .n. cunctis in rebus optimũ quodq; appetere putatur. Eſtq; eſſe q̃ non eſſe præſtantius. eſſe aũt quot modis dicatur alio in loco eſt a nobis explicatũ, quod cũ omnibus adeſſe nequeat, ob longũ a principio interiectum ſpacium, deus uniuerſum eo, qui ſuper erat modo, compleuit continentem generationem molitus. Sic .n. maxime ipſum eſſe continuari queat. Cũ ſit proximũ ſubſtantiæ, generationẽ ſemper fieri. Cuius, ut ſæpe diximus, cauſa latio circularis eſt. quæ latio ſola continens eſſe intelligitur. Quãobrem cætera, quæ per affectiones, et uirtutes in ſe uiciſſim tranſeunt, ut ſimplicia corpora circularẽ lationẽ æmulantur. Nam cum aer ex aqua fit, ignis ex aere, rurſuſq; ex igne aqua generationẽ in orbẽ iuiſſe dicimus, quia iterũ reciprocatur. Horũ itaq; recta latio circularẽ imitata continens eſt.

Lx SIMVL hæc haud dubiũ reliquere id, quod quærit a nonnullis. cur cũ in propriã regionẽ corporũ quodq; feratur, imẽſo tẽpore corpora compoſita non deſciſcunt. cauſa huius præbente mutuã uiciſſitudinẽ. Nã ſi manerent, in ſua quodq; regione, nec a proximo mutarentur, iã cõpoſita fuiſſent diſſipata. Mutantur ergo propter lationẽ duplicẽ. tũ ipſa mutatio facit, ut nullum in aliqua ordinata conſtanti ue regiõe perſiſtere ualeat. Ac generatio quidem, et interitus propter quid ſint, et

quã ob cauſam planũ fecimus. Authoc quoq; tum ortus, tũ interitus
quis ſit ex dictis ſatis intelligitur.

CAETERVM neceſſe eſt, ut ſupra alio in uolumine demonſtraui- Lxi
mus, aliquis motor ſit, ſi motus eſt futurus, et ſi motus ſemper eſt futu-
rus, motor ſemp exiſtat, et ſi cõtinuus, ut unus ſit idẽq; ortus et interi
tus alterationiſq; imunis. et ſi plures motus orbiculares, principia quoq;
plura ſint, quæ tamen oia uni principio ſubiciantur. quod ſi tempus
continuũ eſt, motus quoq; continens neceſſario exiſtit. Siquidẽ fieri
non poteſt, ut abſq; motu tẽpus ſit. Tẽpus ergo eſt numerus alicuius
continui motus, ac proinde circularis. ut initio diſſeruimus.

SED utrum ob eius, quod mouetur continuum motus continuus Lxii
eſſe dicitur? an quod id in quo mouetur, ut locus, uel affectio conti-
nens eſt? Nempe quia quod mouetur eſt continens. quo modo. n.
affectio continua eſt, niſi quia res, cui accidit eſt continua? quod ſi con
tinuum eius, in quo fit motus, cauſa eſt continui motus, hoc ſoli loco
adeſt. quippe qui aliquã habet magnitudinẽ. Huius aũt circulare tantũ
continuũ eſt. quare idẽ ſibi ſemper eſt continuũ. Corpus igitur, quod
irrequieta uertigine rotatur, motũ efficit continentẽ, motus ipſe tẽpus.

SED quoniã iis, quæ per generationẽ, uel alterationẽ, uel deniq; per- Lxiii
mutationẽ continenter mouentur ordinẽ conſtare cernimus, et horũ
alterũ poſt alterũ fieri, ut nulla fiat intermiſſio, diſpiciendũ eſt, utrũ ali
quid neceſſario ſit futurũ, an nihil, ſed oĩa poſſint non fieri. Nã quæ-
dã nõ eſt dubiũ. Vnde extitit initio diſcrimen inter fore, et eſſe debere.
quod. n. fore uerũ eſt dictu, id aliquando eſſe uerum ſit oportet. quod
aũt eſſe debere, hoc nõ fieri nihil prohibet. põt. n. aliquis ingredi debe-
re, idẽq; non ingredi. SED breuiter cũ exiſtentiũ quædã eſſe poſſint, Lxiiii
et itẽ non eſſe, haud dubie generandorũ ſimilis erit ratio. Neq; hoc ne
ceſſario erit. Vtrũ igitur cuncta huiuſmodi ſunt, an ſecus? Sed quædã
neceſſe eſt ſimpliciter fieri. ET ut non eſſe quædã non poſſunt, alia Lxv
poſſunt, ſic itẽ fieri. Vt ſolſtitia fieri neceſſarium eſt, nec fieri poteſt, ut
non efficiãtur. Sed ſi prius factũ eſſe, neceſſe eſt, ſi futurũ eſt poſterius,
uerbi cauſa iactũ eſſe fundamentum, ſi domus eſt futura, et lutũ præ-
fuiſſe, ſi fundamentũ eſt iaciendũ, nũ ſi fundamentũ iactũ fuit, neceſſe
eſt domũ fore? an non niſi illud eſſe ſimpliciter ſit neceſſariũ. quod ſi
hoc ſit neceſſariũ, neceſſe itẽ erit, iacto fundamento domũ fore. Sic. n.
prius ſe habebat ad poſterius, ut ſi hoc eſſet futurũ, illud neceſſario fa-

ctũ

etũ fuiſſet. Si ergo poſterius fieri eſt neceſſe, ut prius quoq; fiat, eſt neceſſariũ. et ſi prius, ut poſterius. at non idcirco, ſed quia poſitũ eſt, futurũ eſſe ex neceſſitate. In quibus ergo poſterius eſſe eſt neceſſe, hæc reciprocare licet. Vt ſemper ſi prius eſt factũ, poſterius fieri ſit neceſſe.

Lxvii SI ergo in infinitũ deorſum progrediantur, hoc poſterius fieri non dico ſimpliciter, ſed ne expoſitione quidẽ fieri neceſſariũ erit. Sẽper. n. alterum præcedat neceſſe eſt. quare et illud factũ fuiſſe oportet. Ita ſi nullum eſt infiniti principiũ, ne primũ quidẽ aliquid erit quãobrẽ fieri ſit neceſſarium. Sed ne in his quidẽ, quæ finem habent, uerum eſt dictũ, hoc fieri neceſſarium eſſe, exempli gratia domũ ædificari, cũ iactũ fuerit fundamentũ. cũ. n. factum eſſet, niſi ſemper hæc neceſſario ædificaretur, accideret, ut ſemper eſſet, quod poteſt non ſemper eſſe. At oportet generatione ſemper eſſe, ſi huius generatio ſemper eſt. Nã quod neceſſario eſt, id ſempiternũ eſt. quoniã quod eſſe eſt neceſſe, hoc ut non ſit, fieri non poteſt. Hæc ergo ſic reciprocãtur, ut ſiquid neceſſariũ ſit, idem ſempiternũ ſit, ſi ſempiternũ ſit, neceſſariũ ſit.

Lxviii ET ſi huius generatio ex neceſſitate ſit, ſempiterna quoq; ſit. ac uiciſſim ſi ſempiterna, eadẽ ex neceſſitate. Si cuius ergo generatio ſimpliciter eſt neceſſaria, neceſſe eſt in orbem eat, ac reciprocetur. Generatio. n. finem habeat oportet, aut infinita ſit. et ſi infinita, uel in rectũ, uel in orbem. ut aũt in rectũ fine careat, fieri nõ poteſt, ſi futura eſt ſempiterna. Principiũ nãq; prorſus deſideratur. ſiue deorſum ad futura, ſiue ſurſum ad exacta ſpectes. At licet generatio fine careat, eius tamen principiũ habeatur oportet. et ipſa ſempiterna ſit. Quo circa neceſſe eſt, ut in orbẽ eat, ac proinde, ut reciprocetur. Verbi cauſa, ſi hoc eſſe neceſſe eſt, ergo et id quod prius, et ſi hoc, poſterius quoq; fiat oportet. idq; ſemper abſq; intermiſſione. haud. n. intereſt, hoc per duo, an per plura dicat. Simplex ergo neceſſitas in circulari motu, et generatione poſita eſt. Tum ſi in circulari, neceſſe eſt ſingula gigni et genita eſſe. et ſi hoc eſt neceſſe, horũ generatio in orbem currit.

Lxix QVAE merito ita ſe habent, ut quoniam motus circularis, ut alias explicuimus, motuſq; cæli ſempiternus eſt, neceſſario, et hæc fiant, et motus ſint futuri, quicũq; ab hoc motu proficiſcunt. quiq; ob hunc ſunt. Nã ſi quod in orbẽ mouet, id ſemper mouet qdpiã, neceſſe eſt, ut horũ motus circularis ſit. quod ſic declaratur. Exiſtente ſuperiore latione, ſol ſic in orbẽ rotatur. tũ ob huius circũactum anni tempora uoluunt ambitu, redeuntq;. et cũ hæc fiunt, cuncta ab his fiunt.

CVR igitur quædam ſic fieri uidentur? uerbi cauſa aqua et aer in orbẽ Lxx
fiũt, et ſi nubes futura eſt, ut pluuiæ ſint oportet, et ſi pluuiæ, ut nubes, homines autẽ et animalia non reflectuntur in ſe, ut idem iterum fiat? Haud.n. eſt neceſſe, ut ſi pater fuerit genitus, tu quoq; genereris. Illud eſt neceſſarium, ſi tu genitus ſis, ut pater quoq; genitus fuerit. Sed hæc generatio recte procedere uidetur. At principium conſyderationis hoc iterum eſt. Vtrum omnia ſimpliciter reciprocentur, an non. Sed quædam numero, quædam ſpecie tantum. Ergo quorum mobilis ſubſtãtia immortalis eſt, hæc haud dubie eadem erunt. Nam motus rem ſequit motam, quorum uero mortalis, et caduca, hæc ut eadem ſpecie, non numero reddantur, eſt neceſſe. Quare aqua ex aere, et aer ex aqua redeunt eadem ſpecie, non numero. Quod ſi et hæc eadem numero redeunt, at non ea quorum ſubſtantia talis efficitur, ut poſſit non eſſe.

FINIS LIBRORVM ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET INTERITV. INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI AD ADRIANVM .VI. PONT. MAXIMVM.

Impreſſum Bononiæ per Hieronymum de Benedictis ciuem Bononienſem. Anno gratiæ M.D.XXIII. Idibus Maii.

Regiſtrum. a.iii. b.iii. c.iii. d.iij.